2. Istis vero non satiati etiam Idumæi universi accensi, sed in urbem conversi domos omnes diripiebant, & obvium quemque perimebant. Et cæsere quidem multitudinis cædem supervacaneam ducebant, pontifices vero perquirebant, & in illos plerique impetu ferebantur, captosque statim occidebant; cumque super eorum cadavera constitissent, nunc Anano populi benevolentiam, nunc Jesu quæ de muro dixerat exprobrabant. eo autem impietatis processerunt, ut etiam insepultos eos abjecerint, quanquam tanta Judæis erat cura sepulturæ, ut etiam post damnationem cruci affixos ante solis occasum tollerent & humarent. Non autem erraverim, si initium urbis excidii ab Anani morte factum esse dixero, & mox ex illo die muros cecidisse, rempue publicam Judæorum pessundari cœpisse, quo pontificem qui præerat eorum saluti in media civitate trucidatum viderunt. Erat autem & alius vir venerabilis summoque justus, & præter nobilitatis & dignitatis & honorum quibus auctus erat amplitudinem, se *æquabilem* & infimis parem præstare amaverat. Libertatis supra modum fautor erat, populariscque regiminis amator, & bonum publicum iis quæ sibimet prodessent semper præferens, & pacem maximi faciens, ut qui norit Romanos non posse expugnari, ac prospexerit necesse esse ut bello perirent, nisi res *cum Romanis* solerter componerent Judæi. ne multa; & vixisset Annus, pro certo ad compositionem res venissent. Nam plurimum dicendo valebat, & ad populum persuadendum, jamque eos subegerat qui ipsi impedimento erant, aut belli desiderio tenebantur. multum autem negotii sub ejusmodi duce facessissent Romanis. Huic junctus erat Jesus, illo quidem, si conferantur, inferior, aliis vero præstantior. At certe Deum puto, cum urbem pollutam exitio dare decerneret, flammisque sacra sancta purgari vellet, *consulto* defensores eorum quique ea diligerent amputasse. Itaque qui paulo ante veste sacra amicti & publicæ religioni præerant, & ex *universo* terrarum orbe in urbem commean- *Anani & Jesu elogia.* *Deus iratus Judæis.*

[f] Τόπῳ,] Antea plena distinctio erat post τόπῳ.

[g] Τῆ' ἀμηχανίας] Καὶ ante ἐπ' ἀμηχανίας delendum censeo auctoritate *Cod. Vat.* Huns. Quod jam factum, accedente insuper consensu *Lugd. Bat.* & quatuor *Paris.* Hav.

[h] Οἰκτρότερον ἔμοι γε δοκεῖ] Ita *Big. Rost. Paris.* & *Bas.* αὐτερον in *cæteris.*

[i] Ἡ ἡμέρα] Additur ἡ ex quinque *Paris.* Hav.

[k] Διήρπαζον,] Διήρπασαν *Big.*

[l] Περιλυγχάνοντας.] Περιλυχόντα *Big. Lugd. Bat.* & *Rost.* & *Paris.* & *Vat.*

[m] Ἀρχιερεῖς] *Sc.* Ananum & Jesum. Alias vero summorum sacerdotum nomine seorsiuscule intelligi puto non eos qui pontificatu maximo aut fungebantur aut functi erant, eorumque vicarios, sed alios quoque principes XXIV. sacerdotalium familiarum. Quo modo usurpetur vox in *Antiqq.* l. 20. c. 7. §. 8. ubi seditio orta narratur inter ἀρχιερεῖς & ἱερεῖς. ut & l. IV. *Belli Jud.* c. 3. §. 6. ubi à seditiosis dicit sorte lectos ἀρχιερεῖς ex quaque familia, cum is honos nascendi ordine deferri soleret.

[n] Ἀνεζήτουν,] Ἐζήτουν *Big.*

[o] Γενομένων,] Γενομένοις *Lugd. Bat. Paris.* & *Bas.*

[p] Καθελεῖν τε καὶ θάπτειν.] Καθαίρειν *Big.* & *Voss.*

[q] Ἡγεμόνια τῆς ἰδίας σωτηρίας] Sic Hebr. 2. Christus Ἀρχηγὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν dicitur Rel.

[r] Σεμνὸς ὁ ἀνὴρ καὶ δικαιότατος,] Σεμνὸς ἀνὴρ *Vat.*

[s] Ταπεινοτάτους.] Conf. infr. lib. 7. c. 9. §. 3. Spanh.

[t] Πρό τε τῶν ἰδίων] πρότερον τῶν ἰδίων *Rost.*

[u] Τὸ κοινῇ συμφέρον] τὰ κοινῇ συμφέροντα *L. B. Rost.* & *Paris.*

[x] Δὲ ὑπ' ἀνάγκης] Illud ὑ non agnoscunt *Voss. Vat. Rost.* & *Bod.*

[y] Καθὼν τε πόλεμον,] Καὶ κατὰ τὸν π. in aliquibus *MSS.*

[z] Διαφθείροιτο.] Διαφθείρωνται *L. B.*

[a] Ἤδη δ' ἐκεχειρώκει,] Ἤδη δὲ κεχ. *Gen.* Ἤδη δὲ εἰ κεχ. *Paris. Rost.* & *L. B.*

[b] Δ' ἂν τριβὴν] Δ' ἂν pro ἂν feci, quod ita legisse videatur *Ruf.*

[c] Μιαιφονίας τὴν πόλεως ἀπόλειαν,] Μιαιμορίας. *Bod. Paris.* & *L. B.*

[d] Περιέκοψεν.] περιέκοπτον *L. B.* & *Paris.*

[e] Οἱ δὲ πρὸ ὀλίγου] Aut δὴ pro ἢ legendum, aut δὴ pro δὲ accipiendum, quo forsan modo *Ruf.*

* Compulsi autem inter se magis quam vi oppressi laniabantur, cum recedendi spatium non daretur, nec interfectores à cædibus temperarent. Incerti autem quid agerent, in civitatem se præcipitabant: miseri (ut mihi videtur) eo quod fugiebant crudelius subeuntes exitium, donec templum exterius sanguine redundavit, *Ruf.*

f Ka-

meantibus venerabiles habebantur, nudi, foras ejecti in canum & ferarum escam, conspiciebantur. Virtus ipsa mihi visa est super viris istis gemuisse, cum lamentatione quod adeo victa esset à malitia. Atenim Ananus quidem & Jesus vitæ exitium hujuscemodi habuerunt.

[LIB. V. secundum Rufini distinctionem, cap. 1.]

Zelotarum & Idumæorum crudelitas.

3. Post illos vero multi tam Zelotæ quàm Idumæi, populum veluti animalium profanorum gregem adorti jugulabant. Et vulgus quidem, ubicunque deprehensum, trucidabatur; nobiles vero & adolescentes quotquot caperent vinctos in carcerem concludebant, fore sperantes ut nonnullos nece dilata sibi adjungerent. At nemo illis auscultabat; sed mori omnes malebant quàm in improbis numerari contra patriam *conspirantibus*. Graves autem angores sustinebant quod ab illis stare recusarent, flagris & tormentis vexati: cumque corpus non amplius ferendo esset cruciatus, vix eos *tandem* dignati sunt gladio. Quos vero die cepissent nocte in custodiam ducebant, mortuosque efferentes foras projiciebant, ut locus esset aliis in vincula conjectis. Tantus autem populum pavor occupaverat atque formido, ut nec ausus esset quisquam affines mortuos palam deflere, neque sepelire: sed occultæ quidem erant *in ædes* concluforum lachrymæ, haudque gemebant nisi cautione adhibita, ne quis inimicorum eos exaudiret. paria namque his qui lugebant illico patiebantur qui luctus edidissent. nocte vero terram exiguam manibus sublatam corporibus injiciebant, & interdiu si quis fortius fuisset animatus. atque duodecim millia nobilium ad hunc modum perierunt.

Duodecim millia nobilium pereunt.

Zacharias in judicium vocatus.

4. Illi autem, jam cædes perosi, sine pudore judicum confessibus judiciisque illudebant. Itaque cum illustrium quendam Zachariam Baruchi filium interficere pergerent (illos enim irritabat quod malitiam odio haberet & libertatem amaret; itemque locuples erat, ut non solum fortunarum ejus direptionem sperarent, sed & virum è medio tollerent, qui ad illorum potestatem evertendam plurimum conferre potuit) convocant ex præcepto septuaginta è plebejorum primoribus judicum specie absque auctoritate; & *apud eos* Zachariam accusant, ut qui vellet res eorum prodere Romanis, & ad Vespasianum proditionis causa *quosdam* miserat. Quorum autem accusabatur nec probatio erat ulla, nec indicium; sed de illis sibi plane persuasum esse dixerunt, atque hoc satis esse volebant ad fidem veritati impetrandam. Zacharias autem, cum intellexisset nullam sibi relictam esse salutis

Quo modo se defendit.

[a] καταλάρχοντες, [g] προσκυπέμενοί τε [h] τοῖς ἐκ τ οἰκεμένης, ὡς βαλλεσιν εἰς τ πόλιν, ἐρριμμένα γυμνοὶ, βορὰ κυνῶν καὶ θηρίων, ἐλέποντο. [i] αὐτὴν ἐπ' ἐκείνοις στενάξαι ἂν τοῖς ἀνδράσι δοκῶ τ ἀρετὴν, [k] ἀλοφυρομένην ὅτι τοσοῦτον ἡττήτο τ κακίας. ἀλλὰ γὰρ τὸ μὲν Ἀνάνῳ καὶ Ἰησοῦ τέλος τοιοῦτον ἀπέβη.

γ'. Μετὰ δ' ἐκείνους οἵ, τε ζηλωταὶ καὶ τ Ἰδουμαίων τὸ πλῆθος, [l] τ λαὸν, ὥσπερ ἀνοσίων ζώων ἀγέλην θηρεύοντες, ἔσφαζον. καὶ [l] τὸ μὲ εἰκαῖον [m] ἐφ' ᾧ κακοληφθείη τόπῳ διεφθείρετο. τοὺς δὲ εὐγενεῖς καὶ νέους συλλαμβάνοντες, εἰς εἰρκτὴν κατέκλειον δεδεμένους, καὶ' ἐλπίδα τοῦ [n] προστεθήσεσθαί τινας αὐτοῖς τ ἀναιρεσιν ὑπερτιθέμενοι. προσέχε δὲ οὐδεὶς, ἀλλὰ πάντες τοῦ τάξαι μὲ τ πομπῶν καὶ τ θαλλοῦ προείλοντο τ θάνατον. δεινὰς δὲ τ ἀρνήσεως αἰτίας ὑπέμενον, μαστιγούμενοί τε καὶ [o] στρεβλούμενοι καὶ ἐπὶ τὸ μηκέτ' ἔχειν τὸ σῶμα ταῖς βασάνοις, μόλις ἠξιοῦντο τοῦ ξίφους. οἱ συλληφθέντες δὲ μεθ' ἡμέραν, [p] ἀνήγοντο νύκτωρ· καὶ τοὺς [q] μὲν νεκροὺς ἐκφορεῖντες ἔρριπτον, ὡς ἑτέροις εἴη δεσμώταις τόπος. ἦν δὲ τοσαύτη τοῦ δήμου καλάπληξις, ὡς μηδένα τολμῆσαι μήτε κλαίειν φανερῶς τ προσήκοντα νεκρὸν, μήτε θάπτειν· ἀλλὰ λαθραῖα μὲν ἦν αὐτοῖς [r] καλακεκλεισμένων τὰ δάκρυα, καὶ μὴ θεσπεσίως, μή τις ἐπακούσῃ τ ἐχθρῶν, ἔστενον. ἴσα γὰρ τοῖς τεθνηκόσιν ὁ τεθνηκὼς εὐθὺς ἔπασχε. νύκτωρ γὰρ κόνις αἴροντες χερσὶν ὀλίγην ἐπέρριπτον τοῖς σώμασι, καὶ μεθ' ἡμέραν εἴτις ἐπιβολή. μύριοι δὲ καὶ διακόσιοι [s] τ εὐγενῶν οὕτω διεφθάρησαν.

δ'. Οἱ δὲ ἤδη καταμεμισηκότες τὸ [t] φονεύειν, ἀναίδην [v] εἰρωνεύοντο δικαστήρια καὶ κρίσεις. καὶ δή τινα τ [x] ἐπιφανεστάτων ἐπικλῶντας προβάλλονται [y] Ζαχαρίαν υἱὸν [z] Βαρύχου παρώξυνε δ' αὐτοὺς τὸ λίαν τὸν ἀνδρὸς μισοπόνηρον καὶ φιλελεύθερον, ἦν δὲ καὶ πλοῦτος, ὥστε μὴ μόνον ἐλπίζειν τ ἁρπαγὴν τ οὐσίας, ἀλλὰ καὶ [a] προσαποσκευάσασθαι δυνατὸν ἄνθρωπον εἰς τ [b] αὐτῶν καλάλυσιν· [c] συγκαλοῦσιν ἐξ ἐπιτάγματος ἑβδομήκοντα τ ἐν τέλει [d] δημοτῶν, [e] εἰς τὸ σχῆμα δικαστῶν ἔρημον ἐξουσίας. καὶ [f] τοῦ Ζαχαρίου κατηγόρουν, ὡς [g] ἐνδιδοίη τὰ πράγματα Ρωμαίοις, καὶ τὰ [h] προδοσίας διαπέμψαιτο πρὸς Οὐεσπασιανόν. ἦν δὲ οὔτε ἔλεγχός τις τ [i] κατηγορουμένων, οὔτε τεκμήριον, ἀλλ' αὐτοὶ πεπεῖσθαι καλῶς ἔφασαν, καὶ τοῦτ' εἶναι πίστιν τ ἀληθείας ἱκανήν. ὅ γε μὴν Ζαχαρίας συνιδὼν μηδεμίαν αὐτῷ καταλειπομένην σωτηρίας ἐλπίδα, [i] κεκλῆσθαι γὰρ [k] κατ' ἐνύπνους

---

f Καλάρχοντες,] Simili phrasi (θυμάτων καλάρχοντες) utitur *Dionys. Hal.*

g Προσκυπέμενοί] προσκυνούμενοι *Rost.*

h Τοῖς ἐκ τ οἰκεμένης,] Ἀπὸ τοῦς *Big.* & *Bod.*

i Αὐτὴν] Αὐτὴν ἐπ' ἐκείνοις τοῖς ἀνδράσι δοκῶ τὴν ἀρ. *Big.*

k Ολοφυρομένην] Ita distinguo. antea erat ὀλοφυρομένην, ὅτι &c.

l Τὸ μὲ εἰκαῖον] Conf. Αλεκ. lib. 1. Procem. §. 1. SPANH. τ μὲ εἰκ. *Rost.*

m Ἐφ' ᾧ καλαληφθείη] Ἐφ' ᾧ καλελήφθη *Big. quidam Paris.* & *Vat.*

n Προστεθήσεσθαι] Προσθήσειν & mox αἴρειν *Big.*

o Στρεβλούμενοι] Προστρεβλούμενοι *Big.*

p Ανήγοντο νύκτωρ] Ita *Big.* & *Ruf.* ἀνηγάγετο in *Editis Aliisque*

q Μὲν νεκροὺς ἐκφορεῖντες ἔρριπτον,] Illud μὲ non agnoscit *Vat* nec *Paris.*

r Καλακεκλεισμένων τὰ δάκρυα,] Ita in *MSS.* καλακεκλεισμένα in *Editis.*

s Τῶν εὐγενῶν] Sic *Big.* & *Ruf.* τ εὐγενῶν νέων in *Editis Aliisque.* Forsan τ εὐγενῶν καὶ νέων ex v. 4.

t Φονεύειν,] Ita lego & distinguo ex *Cod. Big.* & *Rufini* versione. antea erat, φονεύειν ἀναίδην, εἰρωνεύοντο.

v Εἰρωνεύοντο δικαστήρια καὶ κρίσεις.] Εἰρωνεύον *Big.*

x Ἀποκλῶντας προβάλλονται] Ἀποκλῶντων προβάλλονται pro προστίθενται *Vat.* & *Voss.* HUDS. in *Lugd. Bat.* ita corrigitur, & videtur melius, constituebant enim Zachariam occidere, ideoque prius dolos nectebant. HAV.

y Ζαχαρίαν] Eundem esse hunc Zachariam cum illo cujus meminit *Servator* apud *Matth.* c. 23. v. 35. statuit *L'Empereur* in *Cod. Talm. Middoth*, p. 80. verba autem *Servatoris* intelligenda esse per anticipationem; & *aoristum* positum esse pro *futuro*, ὃν ἐφονεύσατε, *quem occideritis.* [atque hujusmodi usus *Aoristi* familiaris est *Josepho*, itidemque *Polybio Historico*, ut ad eum notavit *Isaacus Casaubonus.*] *Grotius* (ad *Matth.* 23, 34.) videri ait illic *Christum* alludere ad veterem historiam (in 2 *Paralipomenôn* 24, 22.) ut simul insit ejus verbis futuri præsagium. Confer *Coccejum* in *Considerat. Responsionum & Quæst. ad Judæos*, cap. 42. *Lud. Capell.* in *Spicilegio* ad *Matth.* 23, 33. *Grotium* ad *Matth.* 22, 35. & *Schotanum* in *tom.* 2. *Bibliothecæ S.* p. 935.

z Βαρύχου] Βαριοῦ *Vat.* Βαρισαίου *Big.*

a Προσαποσκευάσασθαι ἀνδρῶν ἄνθρωπον] Πρὸς ἀποσκευάζε οὖν *Big.* προσαποσκευάζεσθαι *Busb. Rhed. Lugd. Bat. Paris.* & *Vat.* προσαποσκευάζεσθαι *al. Paris.*

b Αὐτῶν καλάλυσιν.] Ἐαυτῶν *Big.*

c Συγκαλοῦσιν] Ita *Busb.* & *Rhed.* συγκαλέσαι μὲν οὖν *Big.* συγκαλοῦσιν οὖν in *Editis Aliisque.*

d Δημοτῶν,] Δημοσίων *Big.*

e Εἰς τὸ σχῆμα] εἰς σχῆμα *L. B.*

f Τοῦ Ζαχαρίου] τ Ζαχαρίαν *Rost.* & *L. B.*

g Ενδιδοίη τὰ πράγματα] Ενδιδοῖτο *Big.* & *Rost.*

h Καθηγορουμένων,] Καθηγορημένων *Vat. Busb.* & *Rhed.*

i Κεκλῆσθαι] Ita cum *Cod. Voss.* & optimo *Paris.* κεκλῆσθαι in *Editis Aliisque.*

k Κατ' ἐνύπνους εἰς εἰρκτὴν,] Κατ' ἐνύπνιον in plerisque *MSS.*

l Πα-

σπέδρας εἰς εἰρκτὴν, οὐχ ὅτι δικαστήριον, ἐποιήσαλο τ. ἧ ζῆν ἀπίγνωσιν οὐκ ἀπαῤῥησίας ον ἀλλὰ καλαγὰς, τὸ μὲν πιθανὸν τ καληγορημένων διεχλεύασε, καὶ ὀλίγα βραχέων ἀπελύσαλο τὰς ὀπιφερομένας αἰτίας. εἶτα δὲ τ λόγον εἰς τοὺς καληγόρους ἀπεστρέψας, ἐξῆς πάσας αὐτῶν διεξῆλ τὰς ἀδικίας, καὶ πολλὰ περὶ τ συγχύσεως καλωλοφύραλο τ πραγμάτων· οἱ ζηλωταὶ δὲ ἐθορύβουν, καὶ μόλις τ ξιφῶν ἀπεκράτων, τὸ ἀγῆμα καὶ τ εἰρωνείαν ἧ δικαστηρίου μέχρι τέλους πᾶξαι προαιρούμενοι, καὶ ἄλλως [m] πειρᾶσ θέλοντες τοὺς δικαστὰς, εἰ καὶ τ [n] αὐτῶν κίνδυνον μνησθήσον) ἧ δικαίου. φέρουσι δ' [p] οἱ ἑβδομήκοντα [p] τῷ κρινομένῳ τὰς ψήφους ἁπλούσεως, καὶ σὺν αὐτῷ προείλοντο τεθνᾶναι μᾶλλον, ἢ τ ἀναιρέσεως αὐτὸν λαβεῖν τ [q] ὀπιγραφήν. ἤρθη δὲ βοὴ τ ζηλωτῶν πρὸς τ ἁπλυσιν, καὶ πάντων μὲν ἦν ἀγανάκλησις ὅτι τοῖς δικασταῖς, ὡς μὴ συνιεῖσι τ εἰρωνείαν ἧ δοθείσης αὐτοῖς ἐξουσίας. δύο δὲ [r] τῶν τολμηρολάτων, προσπεσόντες ἐν μέσῳ τῷ ἱερῷ, [s] διαφθείρουσι τ Ζαχαρίαν, καὶ πεσόντι ὀπιχλευάζοντες ἔφασαν, καὶ σαφ' ἡμῶν τ ψῆφον ἔχεις, καὶ βεβαιοτέραν ἁπόλυσιν βεβηκὼς τε αὐτὸν εὐθέως ἀπὸ ἧ ἱερῶ, κατ' ἧ ὑποκειμένης φάραγγ. τοὺς ἧ δικαστὰς πρὸς ὕβριν ἀπερραμμένοις τοῖς ξίφεσι τυπτόντες, ἐξέωσαν ἧ θεόβολα, δι' ἐν τοῦτο φεισάμενοι ἧ σφαγῆς αὐτῶν, ἵνα σκεδασθέντες ἀνὰ τ πόλιν ἄγγελοι πᾶσι τ δυλείας γένων).

ε. Τοῖς [u] Ἰδουμαίοις [x] ἤδη τ παρουσίας μετέμελε, καὶ [y] προσίκαλο τὰ πρατλόμενα. συναγαγὼν ἧ αὐτοὺς τις ἀπὸ τ ζηλωτῶν κατ' ἰδίαν ἐλθὼν, [x] ἐνεδείκνυλο τὰ συμπαρομηθέντα τοῖς καλέσασι, [y] καὶ τὰ κατ' ἧ μητροπόλεως διεξήει. „ [z] ὡς „ πάντας μὲν ὡς ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων [a] προ„ δομένης Ρωμαίοις ἧ μητροπόλεως· εὑρηκέναι δὲ „ προδοσίας [b] μὲν τεκμήριον οὐδέν· τοὺς δὲ ἐπεὶ „ νεῦν ὑποκρινομένους φυλάττεσθ καὶ πολεμεῖν τὰ „ ραιδί ἔργα τολμῶντας. προσήκειν οὖν ἐν „ αὐτοῖς ἀγανακλεῖν ἀπ' ἀρχῆς· [c] ἐπεὶ δ' ἅπαξ „ εἰς κοινωνίαν ἐμφυλίου φόνου προσέπεσον, ὁρᾶν „ χρὴ [d] ὀπιθεῖναι τοῖς ἁμαρτήμασι, καὶ μὴ πρὸς „ μένειν χαριζομένους ἰσχὺν τοῖς [e] καλαλῦσι τὰ πα„ τρια. καὶ γὰ εἴ τινες χαλεπαίνουσι [f] τὸ κλεισ„ θῆναι τὰς πύλας [g] καὶ [h] τὴν εἴσοδον, ἀλλὰ τοὺς „ εἰρξαντὰς [i] τελιμωρῆσ, καὶ τεθνᾶναι μὲν Ἄνανον, „ διεφθάρθαι δὲ ὀλίγου δεῖν πάντα τ δῆμον. [k] ἐφ' οἷς τ μὲν οἰκείων πολλοὺς αἰδᾶ„ νες μελανοῦντας, τ ὀπικαλεσαμένων δ' ὁρᾶν „ ἄπειρον τ ὠμότητα, μηδὲ δι' ὧς ἐσώθησαν αἰδου„ μένων. [l] ἐν ὁμμασι γὰ τ συμμάχων τὰ αἰ„ σχιστα τολμᾶν, καὶ τὰς ἐκείνων ἀδικίας Ἰδου„ μαίοις προσάπτεσθ, μέχρις ἂν μήτε κωλύη τις, „ μήτε χαρίζηται τ δρωμένων. δεῖν οὖν [m] ἐπειδὴ

spem, ut qui per insidias in carcerem accitus esset non ad judicium, in vitæ desperatione dicendi libertate non abstinuit; sed in medio constitutus, verisimilitudinem eorum de quibus accusabatur, irrisit, pauciscque objecta sibi crimina diluit. deinde oratione in accusatores conversa, omnes eorum iniquitates ordine persequitur, multumque lamentatus est rerum perturbationem. Zelotæ autem obstrepebant, & vix à gladiis temperabant, speciem & simulationem judicii ad finem perduci cupientes, & judices insuper experiri volentes, an cum in periculo versentur justitiæ forent memores. Septuaginta vero vocatum in judicium sententiis suis absolvunt, & cum eo mori malle- *Judices absolvunt Zachariam.*
runt quàm ut sibi interitus ejus adscriberetur. Illo autem absoluto clamor sublatus est à Zelotis, & universi quidem judicibus insecebantur, ut qui simulationem datæ sibi potestatis non intelligerent: duo vero ex audacissimis Zachariam in *In medio templo trucidatur.*
medio templo adorti interficiunt, cæsoque alludentes dicebant, & à nobis suffragium habes, firmioremque absolutionem: eumque statim in subjectam vallem de templo projiciunt. Judices autem in contumeliam gladiorum dorsis ferientes *templi* ambitu pepulerunt, cum ob hoc unum ab illorum cæde abstinuissent, ut per civitatem disjecti apud omnes fierent servitutis nuncii.

5. Verum Idumæos jam se venisse pœnitebat, eisque displicebant quæ facta erant. Cum autem congregati essent ex occasione cujusdam Zelotæ qui ad eos clam venerat, *is* omnia indicabat quæ nefarie fecerant una cum iis qui eos acciverant, quæque contra metropolim gesta erant oratione persequebatur. „ arma quippe eos cepisse, quasi metropolis à „ pontificibus proderetur Romanis, reperisse autem „ nullum proditionis indicium: illos vero qui eam „ fingebant ab ipsis defendi, & belli facinora pa„ trare adversus & tyrannidis. Et ipsorum quidem „ erat ab initio eos prohibuisse: quoniam vero ac„ cidit ut cædis civilis aliquando cum illis partici„ pes essent, itaque peccandi finem facere oportet, „ neque longius manere ad vires illis suppeditandas „ qui res patrias perditum eunt. Nam etsi portas „ sibi occlusas introitumque in urbem obstructum „ graviter ferant, pœnas tamen ab illis qui eos ex„ cluserant esse repetitas, atque obiisse quidem „ Ananum, una vero nocte populum fere omnem „ consumptum. Quarum rerum multos è suis pœ„ nitere licet sentire, pariterque videre immanem „ illorum crudelitatem qui eos acciverant, ne „ quidem servatores suos *vel minimum* reveren„ tium. Adeoque dum in auxiliatorum conspectu „ fœdissima facere non dubitant, abesse non po„ test quin illorum injuriæ etiam Idumæis impu„ tentur, quam diu nemo illis obsistat aut à per„ petratis se abstineat. Debere igitur (quoniam „ cer-

l Πᾶξαι προαιρούμενοι,] Ita cum *Cod. Big.* nec aliter forsan *Rufinus*, qui vertit, *speciem & cavillationem judicii sui ad finem permanere cupientes.* παίξαι in *Editis Aliisque.*

m Πειρᾶσθαι θέλοντες] Πειράσαι *Big. Paris.* & *Voss.*

n Αὐτῶν κινδυνον] Εαυτῶν *Big.*

o Οἱ ἑβδομήκοντα] Nota τοὺς ἑβδομήκοντα Synedrii *Assessores*; eorumque judicium in Templo. SPANH.

p Τῷ κρινομένῳ τὰς ψήφους ἁπλούσεως,] Τῶν κριθέντων *Big. Par.* & mox ἀφέντες *Big.* pro ἁπλύσεως.

q Ἐπιγραφήν.] ἐπιτροφὴν *Rost.*

r Τῶν τολμηρολάτων,] Τολμηρότατοι *Bod.* & *Voss.* τολμηρότεροι *Vat.*

s Διεφθείρουσι τ Ζαχαρίαν,] Κτείνουσι *Big.* Vide *Huet.* in D. E. p. 253.

t Ἀπόλυσιν] Hîc τὴν ante ἀπόλυσιν delevi auctoritate *Codd. Big.* & *Vat.*

u Προσίκαλο] προΐκαθαι quandoque malè affici, molestum esse, *Aristotel. Rer. Natural. lib.* IV. c. xxx. & *Casaub. ad* Athen. p. 427. *Hesych.* προΐκαλαι (*leg.* προσίκαλαι) ἐπιπολάζει, προσκάπτει. SPANH.

x Ἐνεδείκνυλο τὰ συμπαρομηθέντα] Ἐνεδείκνυλο καὶ τὰ π. *Big.*

y Καὶ τὰ καθ' ἧ μητροπόλεως διεξήι.] Καὶ τὸ καθ' ἧ μ. *Big. Bod. Rost.* & *Vat.*

z Παρελάσασθαι] Παρεγγυᾶσθαι *Big.*

a Προδιδομένης Ρωμαίοις ἧ μητροπόλεως,] Ρωμαίοις προδιδόμενος ἧ πόλεως *Big.*

b Μὲν τεκμήριον οὐδέν] Illud μὲν additum è *Cod. Big.*

c Ἐπεὶ δ' ἅπαξ] Ita in *Editis Aliisque.* ἐκεῖ δὲ εἰς π. *Voss. Rost. Paris.* & *Vat.*

d Προσῆκεν,] Μετῆκεν *Big.* προῆκεν *Vat.* & *Lugd. Bat.*

e Ἐπιθεῖναι τοῖς ἁμαρτήμασι,] Ἐπιθέναι *Big.*

f Καλαλῦσι τὰ πάτρια.] Καλαλύσασι *Voss.* & *Rost.*

g Τὸ κλεισθῆναι τὰς πύλας] Τῷ κλεισθέναι *Voss.*

h Καὶ τὴν εἴσοδον,] Ita *Big.* & *Ruf.* εἰς εἴσοδον in *cæteris.*

i Τετιμωρῆσθαι,] τελιμωρεῖσθε *L. B.* & *Paris.*

k Ἐφ' οἷς] Ἐφ' ὧς *Big.*

l Ἐν ὁμμασι] Ἐπ' ὁμμασι *Voss. Rost. Paris.* & *Vat.*

m Ἐπειδὴ δὲ] Ἐπεὶ *Big.*

„ certum est improbe conficta esse omnia de pro-
„ ditione, neque Romanorum *jam* exspectari ad-
„ ventum, urbemque munitam esse potentia ex-
„ pugnatu difficili) eos domum discedere, &
„ deserendo malorum societatem sese excusatum
„ ire de omnibus quorum participes se fecerant ab
„ iis decepti.

„ ἀμβολὴν μὲν ποιῆσαι τὰ τῆς προδοσίας, ἔφοδον
„ δὲ Ῥωμαίων εὐδαιμονία προσδοκᾶται, δυναστεία τε
„ ὑπερτείχισται τῇ πόλει δυσκαλάλυτος. αὐτοὺς
„ ἀναχωρεῖν ἐπ' οἴκου, τὸ δὲ μὴ κοινωνεῖν τοῖς φαύ-
„ λοις [n] ἁπάντων ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν φενα-
„ κιζόντες μετάσχοιεν.

CAP. VI.

ΚΕΦ. ϛ'.

Quemodo Zelotæ, ab Idumæis liberati, majorem stragem ediderunt in civitate. utque Romanos, adversus Judæos ire desiderantes, in præsens cohibuit Vespasianus.

Ὡς ζηλωταὶ, Ἰδουμαίων ἀπαλλαγέντες πλείονας κτλ. τὴν πόλιν ἀπέκλεισαν. ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς Ῥωμαίους, κτλ. Ἰουδαίων ὁρμῶντας, ἀνέπειθε μὴ πολεμεῖν τέως.

Idumæi domum redeunt.

ISTIS inducti Idumæi, primum quidem eos qui erant in custodiis solvunt, ad duo circiter millia popularium, qui statim relicta civitate ad Simonem se conferunt, de quo paulo infra dicemus: deinde domum ex Hierosolymis abierunt. Eorumque discessus utrisque improvisus accidit & inopinatus. Nam & populus, nescii quòd illos factorum pœnituerit, ad breve tempus fiduciam sumpserunt, quasi inimicis levati: & Zelotæ eo magis ex adverso insurrexerunt, quasi ab auxiliaribus non deserti essent, sed ab iis liberati, qui eorum retunderent reprimerentque insolentiam. Itaque non mora aliqua interposita aut deliberatione injurias faciebant, sed summam celeritatem adhibentes in singulis excogitandis, quicquid illis visum est ipsa cogitatione citius peragebant. Maxime autem virorum fortium atque nobilium cædem sitiebant; hos quidem exitio dantes ex invidia, illos vero præ metu. haud aliam enim sibi securitatem fore existimabant, quàm ut nemo ex optimatibus superesset. Itaque occisus est cum multis aliis Gorion, dignitate quidem & genere præstans, popularis vero regiminis fautor, animoque de libertate solicito præditus, si quis alius è Judæis. Eum autem, inter cætera quibus eminebat, maxime perdidit loquendi libertas. Neque Niger Peraïta manus eorum effugit, vir qui in bellis contra Romanos strenuissime se gessit. Ille, licet clamorem sæpe tolleret & vulnerum cicatrices ostenderet, per mediam civitatem trahebatur. postquam vero se extra portas duci videret, desperata salute, orabat atque obsecrabat, ut sepulturæ mandaretur: illi autem, cum prius minas jactassent, se eum humari, id quod maxime desiderabat, non passuros esse, cædem efficiebant. Verum cum in eo esset Niger ut occideretur, Romanos eis ultores imprecatus est, & ut præter bellum illis *in cumulum* accederet fames & pestilentia, & ad hæc omnia ut * mutuis ipsorum manibus caderent. Quæ sane universa contra improbos rata habuit Deus, &, quod justissimum, *effecit* ut non multo post orta dissensione sui ipsorum amentiam invicem experturi essent. Et Niger quidem occisus metu eos levavit, ne tolleretur ipsorum potestas.

Maxque Zelotæ majorem adhibent sævitiam.

Gorion mortem plectitur.

Et Niger Peraïta.

Τούτους ὁ δὲ πεισθέντες οἱ Ἰδουμαῖοι, πρῶτα μὲν λύουσι [p] τοὺς ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις, εἶτα δισχιλίους [q] δημότας. οἱ, παραχρῆμα φυγόντες ἐκ τῆς πόλεως ἀφικνοῦνται πρὸς Σίμωνα, περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἐροῦμεν. ἔπειτα ἐκ Ἱεροσολύμων ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. ἡ συνέβη τὴν χωρισμὸν αὐτοῖς γενέσθαι [r] παράδοξον ἀμφοτέροις. ὅ, τε γὰρ δῆμος, ἀγνοῶν τὴν μελάνοιαν, [s] ἐθάρσησε πρὸς ὀλίγον, ὡς ἐχθρῶν κεκωφισμένων. οἵ τε ζηλωταὶ μᾶλλον ἐτανίσησαν, οὐχ ὡς ὑπὸ συμμάχων [t] καλαλειφθέντες, ἀλλ' ἀπηλλαγμένοι τῶν [v] δυσκυβέρνητον τὴν ἀγαπρέπουσαν παράνομεῖν. Οὐκ ἔτι γοῦν μέλλησις ἢ σκέψις ἦν τῶν ἀδικημάτων, ἀλλ' ὀξύτατα μὲν ἐχρῶντο ταῖς βουλαῖς εἰς ἕκαστα· τὰ δοχθέντα δὲ [x] τάχιον ἢ τὴν βουλὴν ἐπήργαζον. μάλιστα δ' ἐπ' ἀνδρείαν τε καὶ εὐγένειαν ἐφόνευον, τὴν μὲν φθόνῳ λυμαινόμενοι, [y] τὴν δὲ δέει· μόνην γὰρ [z] αὐτοῖς ἀσφάλειαν ὑπελάμβανον, τὸ [a] μηδένα τῶν δυνατῶν καλαλυπεῖν. ἀπῄρέθη γοῦν σὺν πολλοῖς ἑτέροις καὶ [b] Γοργίων, ἀξιώματι μὲν καὶ γένει πρέπων, δημοκρατικὸς δὲ καὶ φρονήματος ἐλευθερίου μέτος, [c] εἴ τις ἄλλος ἑτερος Ἰουδαίων. ἀπώλεσε δ' αὐτὸν ἡ παῤῥησία μάλιστα πρὸς τοὺς ἄλλους πολεμοκλέμασιν. ὁ δὲ [d] ὁ Περαΐτης Νίγερ αὐτοῖς τὰς χεῖρας διέφυγεν, ἀνὴρ ἄριστος ἐν τοῖς πρὸς Ῥωμαίους πολέμοις γενόμενος. ὃς καὶ βοῶν πολλάκις [e] τάς τε οὐτιλὰς ἐπιδεικνὺς, διὰ μέσης ἐσύρετο τῆς πόλεως· ἐπεὶ δὲ ἔξω τῶν πυλῶν ἦκτο, καὶ σωτηρίαν ἐλπίσας, καὶ ταφῆς ἐκέτευεν οἷς ἦν προαπειλήσαιτες, ἃ ἐπεθύμει μάλιστα γῆς μὴ μεταδώσειν αὐτῷ, τὸν φόνον ἐπήργαζον. ἀναιρεθεὶς δὲ ὁ Νίγερ [f] τιμωρεῖς Ῥωμαίοις αὐτοῖς ἐπηράσατο, λιμόν τε καὶ λοιμὸν ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ πρὸς ἅπασι τὰς ἀλλήλων χεῖρας. ἃ δὴ πάντα κατὰ τῶν ἀσεβῶν ἐνέκυρσεν ὁ Θεὸς, καὶ τὸ δικαιότατον, ὅτι γευσάμενοι τῆς ἀλλήλων ἐπιφοίας ἔμελλον οὐκ εἰς μακρὰν φασιάσαντες. Νίγερ μὲν οὖν ἀπῃρημένος τὸν περὶ τῆς καταλύσεως αὐτοῖς φόβους ἐπεκύφισε. τοῦ λαοῦ δὲ μέρος

[n] Ἀπάντων ἀπολογήσασθαι] *Ab* αὐτῶν *Gall.* & *Paris.*

[o] Οἱ πεισθέντες οἱ Ἰδουμαῖοι,] Ante πεισθέντες voculam δὴ addunt *Big. Vat.* Hudson. Imo & *L. B. Rost. Paris. Lugd. Bat.* ut tanto consensu *MSS.* receperim. Hav.

[p] Τοὺς δὲ τοῖς δεσμωτηρίοις,] Illud τοὺς insertum dedimus è *Codd. Big. Bod. Rost. Paris.* & *Voss.*

[q] Δημότας] Ita *Big. Lips. Paris.* & *Ruf.* δισμύστας in *Editis Aliisque.*

[r] Παράδοξον ἀμφοτέροις.] Παρὰ δόξαν *Voss.* & *Paris.*

[s] Εθάρσησε πρὸς ὀλίγον,] Εθάρσησεν ὀλίγον *Big.*

[t] Καλαλειφθέντες,] Ita cum *MSS.* καλαλοφθέντες in *Editis.*

[v] Δυσκυβέρνητον] Conf. supr. lib. 1. c. 6. §. 5. δυσκυβέρνητον Πομπήιον ποιεῖ &c. 4. c. 1. §. 4. Spanh.

[x] Τάχιον ἢ τὴν βουλὴν] Conf. supr. lib. 3. c. 5. §. 2. Spanh.

[y] Τὴν δὲ δέει.] Antea erat τὸν ὃν γενναῖον δέει. quod si quis malit, per me licet. Verum persuasum habeo τὸ γενναῖον è margine in textum irrepsisse, utpote illic positum ἐξηγήσεως ἕνεκα è regione τὴν δέ. In *Cod. Bod.* τὴν δὲ γενναίαν δέει.

[z] Αὐτοῖς ἀσφάλειαν ὑπελάμβανον,] Absunt à *Rost.*

[a] Μηδένα τῶν δυνατῶν καλαλιπεῖν.] Μηδὲν αὐτῶν δ. *Big.*

[b] Γοργίων,] *Bas. Edit.* habet Γυρίων.

[c] Εἴ τις ἄλλος ἕτερος Ἰουδαίων.] Εἴτις τῶν *Big.*

[d] Ὁ Περαΐτης Νίγερ] Nempe è Peraia trans Jordanem oriundus, de quo supra lib. 2. c. 20. §. 4. seq. Spanh.

[e] Τάς τε οὐτιλὰς ἐπιδεικνὺς,] Ita *MSS.* τὰς οὐτιλὰς in *Editis.*

[f] Τιμωρεῖς Ῥωμαίοις] Sic *Bod. Lugd. Bat. Rost.* & *Ruf.* τιμωρεσόμενος *Big.* τιμωρήσομενος in *Editis Aliisque.*

[g] Ἐπὶ τῷ πολέμῳ,] Ἐν τῷ πολέμῳ *Big.*

[*] *Sc.* ut mutuis ipsorum manibus perirent.

[h] Ἐπὶ

μέρος ὑδὲν ἦν, ᾧ μὴ πρὸς ἀπώλειαν ἐπενοεῖτο πρόφασις. τὸ μὲν γὰρ αὐτῷ διεκβάν τινι πάλαι διέφθαρτο· τὸ δὲ μὴ προσκρῦσαι κατ' εἰρήνην [h] ὅτε καιρὸς ἐλάμβανε τὰς αἰτίας. ὁ μὲν, μηδὲ ὅλως αὐτοῖς προσιὼν, ὡς ὑφορώμενος, ὁ προσιὼν δὲ μετὰ παῤῥησίας, ὡς καταφρονῶν, ὁ θεραπεύων δὲ ὡς ὑπουλεύετο. [i] μία τ' ἦν τῶν τε μεγίστων καὶ τῶν μέτριωτάτων [k] ἐγκλημάτων τιμωρία, θάνατος. καὶ διέφυγεν οὐδείς, εἰ μὴ σφόδρα τις [l] ἦν [m] ταπεινὸς, ἢ [n] δι' ἀγένειαν, ἢ διὰ τύχην.

Plebis autem pars nulla erat, cujus ad interitum non aliqua excogitabatur occasio. nam alii quidem, quod jamdudum ipsorum aliquibus restitissent, interempti erant: aliis vero, qui nihil pacis tempore offenderant, * prout commodum visum est affingebantur crimina. Et qui eos quidem non omnino adiret, pro superbo; qui vero paulo liberius ad eos accederet, pro contemptore; quique obsequiis eos demereri studebat, pro insidiatore habebatur. atque una gravissimorum criminum & leviorum poena, mors erat: neque evasit quisquam nisi admodum esset humilis, aut ignobilitate, aut forte fortuna. *Plebi exitium machinantur Zelotæ.*

β'. Ῥωμαίων δὲ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἡγεμόνες ἅμα καὶ ὑπήκοοι τὴν στάσιν τῶν πολεμίων, ὥρμηντο πρὸς τὴν πόλιν, καὶ τὸν Οὐεσπασιανὸν ἤπειγον ὡς ἂν ὄντα κύριον τῶν ὅλων, φάμενοι, „ προνοίαν „ θεῶν σύμμαχον σφίσι, τὸ τέρας τοὺς ἐχ- „ θροὺς κατ' ἀλλήλων. εἶναι μέντοι τὴν ῥοπὴν ὀξεῖαν, καὶ ταχέως Ἰουδαίους [o] ὁμονοήσειν, ἢ κοπιάσαντας ἐπὶ τοῖς ἐμφυλίοις κακοῖς, ἢ μεταγνόντας. „ Οὐεσπασιανὸς δὲ, „ πλεῖστα αὐτοὺς, ἔφη, τῶν „ δέοντος ἁμαρτάνειν, ὥσπερ ἐπὶ θεάτρου χειρῶν τε „ καὶ ὅπλων ἐπίδειξιν ποιησομένους, οὐκ „ ἀκινδύνως· ἀλλὰ μὴ τὸ [p] συμφέρον, καὶ τὸ „ ἀσφαλὲς [q] σκοπῶντας. εἰ μὲν [r] γὰρ εὐθέως „ ὥρμησαν ἐπὶ τὴν πόλιν, αἴτιοι ὁμονοίας ἔσεσθαι „ τοῖς πολεμίοις, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν [s] ἀκμάζου- „ σαν ἐπ' αὐτοὺς ἐπιστρέψαι· εἰ δὲ τρυφῶντας, „ ὀλιγοστέροις [t] χρήσεσθαι, δαπανηθεῖσιν ἐν τῇ στά- „ σει. στρατηγεῖν μὲν γὰρ ἄμεινον αὐτῶν τὸν Θεὸν, „ [u] ἀπόντι [x] Ἰουδαίους Ῥωμαίοις παραδιδόντα, καὶ τὴν „ νίκην ἀκινδύνως τῇ στρατιᾷ χαριζόμενον. ὡς τε „ χρῆναι ἀσφαλουμένους χερσὶν οἰκείαις τοὺς ἐχθροὺς, „ καὶ τῷ μεγίστῳ κακῷ στάσει χρωμένους, θεατὰς „ μᾶλλον αὐτοὺς παραλαβεῖν τῶν κινδύνων, ἢ „ θανατοῦσιν ἀνθρώποις καὶ λελυωμένοις κατ' ἀλλή- „ λων χεῖρα μίσγειν. εἰ δέ τις οἴεται τὴν δόξαν „ τὴν νίκης ἐλάττονα ἔσεσθαι δίχα μάχης, γνώτω „ τῷ ἀσφαλεῖ τῶν ὅπλων σφαλερῷ τὸ μεθ' ἡσυχίας „ κατόρθωμα λυσιτελέστερον. καὶ γὰρ οὐχ ἧττον εὐ- „ κλεὲς οἶεσθαι χρὴ τῶν χεῖρα λαμπρῶν τὴς „ ἐγκρατείᾳ καὶ σωφρόσυνῃ [y] τὰ ἴσα πράξαντας. „ ἅμα μέντοι μεμιγμένων τῶν πολεμίων καὶ [z] αὐ- „ τῇ στρατιᾷ, ἀναληφθεῖσαν ἔτι τὴν συνεχῶν πό- „ νων, ἐῤῥωμενέστερον [a] ἄξειν. ἄλλως τε καὶ [b] τὴν „ στασιάζομένων τε καὶ νίκης λαμπρότητος, καὶ „ τοῦτον [c] εἶναι καιρόν. καὶ γὰρ [d] περὶ κατασκευὴν „ ὅπλων ἢ τειχῶν, καὶ περὶ συλλογὴν [e] ὀπώρας, „ Ἰουδαίους ἀσχολεῖσθαι, καὶ τὴν ὑπέρθεσιν ἔστιν ὅτε „ τοῦ διδόντων, ἀλλ' ἐμφυλίῳ πολέμῳ καὶ διχονοίᾳ „ [f] τραχυλιζομένους καθ' ἡμέραν οἰκτρότερα παθεῖν, „ ὧν ἂν ἐπελθόντες αὐτοὶ παθεῖν [g] αὐτοὺς ἀλόντας. „ εἴτε οὖν [h] τὸ ἀσφαλὲς τις σκοπεῖ, χρῆναι τοὺς „ ὑφ' ἑαυτοῦ ἀναλισκομένους ἐᾶν· εἴτε τὸ εὐκλεέστε-

II. Plebis autem pars nulla erat, cujus ad interitum non aliqua excogitabatur occasio. nam alii quidem, quod jamdudum ipsorum aliquibus restitissent, interempti erant: aliis vero, qui nihil pacis tempore offenderant, * prout commodum visum est affingebantur crimina. Et qui eos quidem non omnino adiret, pro superbo; qui vero paulo liberius ad eos accederet, pro contemptore; quique obsequiis eos demereri studebat, pro insidiatore habebatur. atque una gravissimorum criminum & leviorum poena, mors erat: neque evasit quisquam nisi admodum esset humilis, aut ignobilitate, aut forte fortuna.

2. Romanorum autem alii quidem duces universi, hostium dissensionem sibi lucro inopino esse existimantes, incitati erant ad urbem *oppugnandam*; & Vespasianum, qui summæ rerum præerat, urgebant, dicentes, „ Dei providentiam sibi ipsis fuvere, hostium manibus in se conversis: verum „ tamen in præcipiti stare mutationem, & Judæos „ *forsan de rebus* inter se cito consensuros, aut malis civilibus defatigatos aut ad pœnitudinem redactos." At Vespasianus eis respondebat, „ nae „ illos de iis quæ fieri oportet vehementer errare, „ cupientes tanquam in theatro quantum armis ac „ manibus possent ostentare, idque cum periculo: „ non autem quid in rem sua esset & ex tuto se- „ cum reputantes. Nam si è vestigio quidem impetum in urbem facerent, ipsos in causa fore ut hostes in gratiam redirent, ac in ipsos vires eorum „ etiam nunc vigentes conversuros: sin vero diem „ de die exspectarent, cum pauciores congressuros „ esse, *multis* seditione consumtis. Deum quippe „ ipso præstantiorem esse ducem, Judæos sine la- „ bore Romanis tradentem, nulloque cum periculo „ victoriam exercitui dantem. proinde, cum suis „ manibus se perimant inimici, & malorum maximo, seditione, laborent, debere potius ipsos peri- „ culorum spectatores considere, quam cum ho- „ minibus mori cupientibus & in se invicem sævientibus manus conserere. Si quis autem existimet „ victoriæ gloriam sine prælio habitum iri vilio- „ rem, sciat, magis è re sua esse quiete quod susce- „ perint perficere, quam incertam armorum aleam „ experiri. neque enim minus iis, qui manibus „ pulchre decertarunt, laude digni censendi sunt, „ qui continentia atque prudentia paria gesserint. „ simul autem ac hostibus aliquid de viribus minuatur, etiam milites suos, ex laboribus recreatos, ductum iri valentiores. Præterea quæ, si qui „ sibi proponerent victoriæ claritudinem, non hoc „ idoneum esse tempus. neque enim armis fabricandis, murisve, neque auxiliis colligendis operam dare Judæos, foreque ut mora contra illos „ faciat qui eam interponunt; immo vero bello civili & dissidiis vexatos quotidie miserabiliora pati, „ quam quibus ab ipsis eos adortis capti afficerentur. Proinde, sive quis ad securitatem *suam* attenderit, oportere eos, qui semet consumptum „ eunt, missos facere; sive ad rerum præclare ge- „ starum

[h] Ἐπὶ καιροὺς] ἐπικαίρως *L. B.* & *Paris.*
[i] Μία τ' ἦν τῶν τε μεγίστων] Ita *Big.* antea μία δὲ ἦν.
[k] Ἐγκλημάτων τιμωρία,] Sic *Big. Gall. Rost. Paris.* & *Voss.* ἐγκλημάτων deest in *reliquis.*
[l] Ἦν] Εἴη *Big.*
[m] Ταπεινὸς,] Conf. infr. lib. 5. c. 9. §. 3. SPANH.
[n] Δι' ἀγένειαν, ἢ διὰ τύχην.] Διὰ πενίαν *Big.*
[o] Ὁμονοήσειν,] Ἡμῖν post ὁμονοήσειν addit *Voss.* & *Rost.* & *Paris.*
[p] Συμφέρον,] Σύμφορον *Big.*
[q] Σκοπῶντας.] Σκοπήσαντας *Gall.* & *Rost.*
[r] Γὰρ] Abest a *Rost.*
[s] Ἀκμάζουσαν ἐπ' αὐτοὺς] Ἐπακμάζουσαν ἐφ' ἑαυτοὺς *Big.*
[t] Χρήσεσθαι,] Χρῆσθαι *Big.* χρήσασθαι *Gall.*
[u] Ἀπόντι] Ita aliquot *MSS.* ut & *L. B. Rost.* ἀποστὶ in *Editis Aliisque.*
[x] Ἰουδαίους] τὴν πόλιν *L. B.* & *Rost.*
[y] Τὰ ἴσα πράξαντας.] Τὰ ἴσα πράξαντες *Big. Vat.* & *Gall.*
[z] Αὐτῷ στρατιᾷ,] Ἐαυτῷ *Big.*
[a] Ἄξειν.] Ἄρξειν *Big.* & *Gall.*
[b] Τῶν στασιαζομένων] Forsan τοῖς στασιαζομένοις.
[c] Εἶναι καιρόν.] Εἶναι τὸν καιρὸν *Big. Gall. Vat.* & *Voss.*
[d] Περὶ] ἐπὶ *Rost.*
[e] Ὀπώρων,] Ἐπιτηδείων *Big.*
[f] Τραχυλιζομένους] Ita *Big. Paris.* & *Voss.* τραχηλιζομένους in *Editis Aliisque.*
[g] Αὐτοὺς ἁλόντας.] Sic *MSS.* τοὺς in *Editis.*
[h] Τὸ ἀσφαλὲς τις σκοπεῖ,] Τὸ ἀσφαλὲς *Big.*

* *Vel*, prout res tempusque postulabant.

„ ſtarum gloriam, nequaquam manus inteſtino „ morbo laborantibus afferendas eſſe. quippe dice- „ tur, idque non ſine cauſa, victoriam non illis „ acceptam deberi, ſed *hoſtium* ſeditioni.

Veſpaſiani conſilii eventus. Multi Judæi ſalutis ſpe confugiunt ad Veſpaſianum.

3. Veſpaſiano verba iſta facienti aſſenſerunt duces; moxque apparuit quam recte ſenſerit imperator. nam multi in dies ſingulos transfugiebant, zelotarum ex cuſtodia ſemet ſubducentes. Difficile autem erat fugam capere, quod exitus omnes cuſtodibus obſiderentur; & quicunque in iis quoquo modo deprehenſus fuiſſet, quaſi ad Romanos abiret, interficeretur. Cæterum qui pretio ſe potuit redimere dimittebatur, iſque ſolus pro proditore habebatur qui nihil daret: quo factum erat, ut, ditioribus fugam redimentibus, ſoli pauperiores jugularentur. Mortui autem per omnes vicos magna multitudine in cumulos aggeſti erant: pluriſque etiam qui ſe in fugam conjecerant, animo mutato in civitate diem ſupremum obire cupiebant. nam ſepulturæ ſpes faciebat, ut ſatius videretur in patria mori. Eo autem crudelitatis deventum eſt, ut neque iis qui in urbe occiſi erant, aut per vias, humari concederetur: ſed quaſi cum patriis legibus etiam naturæ jura diſſolvere pepigiſſent, ſuaque in homines injuſtitia Dei quoque numen polluere, mortuos ſub dio putreſcentes relinquebant.

Zelotarum in mortuos pariter ac vivos crudelitas.

Sepelientibus autem propinquorum quenquam, idem quod transfugis, ſupplicium erat mors: ſtatimque ſepultura egebat, qui alterum ſepultura affecerat. In ſumma, nulla bona animi affectio adeo exſtincta erat in iſtis calamitatibus, ac miſericordia. quæ enim *maxime* miſeranda erant, illa ipſa nefarios * irritabant; & à vivis quidem in occiſos, à mortuis vero in vivos iracundiam transferebant: & ingens adeo metus omnes occupaverat, ut eos qui prius occubuerant pro beatis, quod à *miſeriis* requieverant, laudarent ſuperſtites; quique in carceribus vexati erant & cruciati, etiam inſepultos, ſi cum illis conferrentur, felices prædicabant. Et ab illis quidem omne jus humanum conculcabatur, divina autem *quæque* deridebantur, & prophetarum oracula ut præſtigiatorum commenta ſubſannabant. multa autem † illi de virtute & vitio vaticinati ſunt, quæ iſti Zelotæ cum ſecure violarent, effecerunt ut prophetia quæ adverſus patriam fuerat concepta exitum *ſuum* ſortiretur. Vetus enim virorum ſermo quidam erat, tum urbem captum iri, & *locum* ſanctum conflagratura jure belli, ubi ſeditio invaſerit, & indigenarum manus polluerint ſacratum Deo locum. Quibus licet fidem non detraherent Zelotæ, ipſi tamen ſe earum rerum miniſtros præbuerunt.

„ ρον ἢ καθοσιωμένῳ, εἰ δεῖ τοῖς οἰκείοις νοσοῦσιν ὀλε- „ χειρεῖν. [i] ῥηθὲν γὰρ ἀλόγως, [k] οὐκ αὐτῶν ἡ „ νίκην, ἀλλὰ τῶν στάσεως.

γ. Ταῦτα Οὐεσπασιανῷ λέγοντι συνῆκαν οἱ ἡγεμόνες, καὶ τὸ πρᾶγμα τὸ στρατηγικὸν τοῦ γνώμης ἀνεφαίνετο. [l] πολλοὶ δὲ καθ' ἡμέραν αὐτομόλουν, τὰς ζηλωτὰς ἀφορμῶντες. χαλεπὴ δὲ ἦν ἡ φυγὴ, φρουρᾶς διειληφότων τὰς ἐξόδους πάσας, καὶ τοῦ [m] ἐν αὐταῖς ὁπωσοῦν ἁλισκόμενον ὡς πρὸς Ρωμαίους ἀποστάτα ἀφεχρωμένου. ὅ, γε μὴν χρήματα δοὺς ἐξῄρείτο, καὶ μόνος ἦν ὁ μὴ διδοὺς προδότης· ὥστε κατελείπετο, καὶ εὐπόρων καὶ φυγὴν ἀνιεμένων, μόνος [n] ἀποσφάττεσθαι τοὺς πένητας. νεκροὶ δὲ κατὰ τὰς λεωφόρους πάσας ἐσωρεύοντο πεπληθεῖς, καὶ πολλοὶ τοῦ [o] ὁρμηθέντος αὐτομολεῖν, πάλιν τοῦ [p] ἔνδον ἀπόλεσιν ἠρεῖτο. καὶ γὰρ ὅτι ἡ πατρὶς θάνατον ταφῆς ἐποίει [q] δοκεῖν μεῖζον. οἱ δὲ ἐς τοσοῦτον ὠμότητος ἐξώκειλαν, ὡς μήτε τοῖς ἔνδον ἀναιρεμένοις, μήτε τοῖς ἀνὰ τὰς ὁδοὺς μέλεσθαι γῆς· ἀλλὰ, καθάπερ συνθήκας ποιουμένοις τοῖς πατρίοις συγκαταλῦσαι καὶ τοὺς φύσεως νόμους, ἅμα τε τοῖς εἰς ἀνθρώπους ἀδικήμασι συμμιᾶναι καὶ τὸ θεῖον, ὑφ' ἧλιν τοὺς νεκροὺς μυδῶντας [r] ἀπέλειπον. τοῖς δὲ θάπτουσί τινα τῶν προσηκόντων, [s] ὁ μὲν τοῖς αὐτομολοῦσιν, ὁλετήριον θάνατος ἦν. ἡ δὲ [t] θεμένη ταφῆς ἔθος καὶ τὸ ἑτέρου χαριζόμενον καθόλου τε ἀπεῖναι, ὅθεν ἔτυχε ἀπωλόλει χρῆσθαι πάθος καὶ ταῖς τότε συμφοραῖς, ὡς ἔλεος. ἃ γὰρ ἐχρῆν οἰκτίρειν ταῦτα παρῆγεν τοὺς ἀλιτηρίους, καὶ θάνατον μὲν τοῦ ζῶντας ὅτι τοὺς ἀπεμένους, θάνατον δὲ τοῦ νεκροὺς ὅτι τοὺς ζῶντας τὰς ὀργὰς μετέφερον· καὶ δι' ὑποβολὴν θεοῦ ὁ πόλεμος τοὺς πρὸ τῆς φθορᾶς ὡς ἀναπαυσαμένους ἐμακάριζεν, οἵ, τι καὶ τοῖς θεομισηρίοις αἰκίζοιντο, καὶ σύγκρισιν, καὶ τοὺς ἀτάφους ἀπέφαινον εὐδαιμόνας. καλεπαλεῖτο δὲ ἐν πᾶσι αὐτοῖς θεσμὸς ἀνθρώπων, ἐνυβρίζετο δὲ τὰ θεῖα, καὶ τοὺς [u] προφητικοὺς [x] θεσμοὺς ὥσπερ ἀγυρτικὰς λογοποιίας ἐχλεύαζον. [y] πολλὰ δὲ ἦσαν οἷς δεινὰς καὶ καλύσας προθεσπισαν, ἃ τότε ἐξέβαινε οἱ ζηλωταὶ, [z] καὶ τὰ [a] τοῦ πατρίδος προφητεύσαν τέλος ἔσχον. [b] ἦν γὰρ δή τις [c] παλαιὸς λόγος ἀνδρῶν, [d] ἔνθα τότε τοῦ πόλιν ἁλώσεσθαι, [e] καὶ καθαφλεγήσεσθαι [f] τὰ ἅγια νόμῳ πολέμου, [g] στάσις ἐὰν καθαπίπτῃ, καὶ χεῖρες οἰκεῖαι [h] προμιάνωσι τὸ τοῦ Θεοῦ τέμενος· οἷς οὐκ ἀπιστοῦντες οἱ ζηλωταὶ ἀφεχθεῖς ἑαυτοὺς ἐτίθεσαν.

ΚΕΦ.

[i] Ῥηθὲν γὰρ ἀλόγως,] Ῥηθήσεσθαι Big. & Pariſ.
[k] Οὐκ αὐτῶν] ἢ κατ' αὐτῶν Roſt.
[l] Πολλοὶ δὲ] Πολλοὶ γὰρ Big. πολλοὶ γὰρ Pariſ.
[m] Ἐν αὐταῖς ὁπωσοῦν] Ita Big. & Ruſ. ἐν αὐταῖς nec agnoſcunt Editi nec alii MSS.
[n] Ἀποσφάττεσθαι τοὺς πένητας.] Ἐκπεσφάττεσθαι Big.
[o] Ὁρμηθέντος αὐτομολεῖν,] Ὁρμωμένου Big.
[p] Ἔσθιν ἀπόλεσιν ἠρεῖτο.] Ἐσθῆτα Big.
[q] Δοκεῖν μεῖζον.] Illud δοκεῖν è Codd. Big. Gall. Busb. Rhed. Lugd. Bat. Roſt. Lipſ. & Vat.
[r] Ἀπέλειπον.] Ita cum MSS. ἀπέλιπον in Editis.
[s] Ὁ τοῖς αὐτομολοῦσιν,] Ita è Cod. Bod. ὁ τοῖς in Editis.
[t] Θεσμὸς] Χρησμὸς Big.
[u] Πολλὰ δὲ ἦσαν] Πολλὰ δ' αὐτοῖς Big.
[x] Καὶ τὴν καλὰ—τέλος ἔσχον.] Καὶ δ' κ. τ. π. προφητείας Big. καὶ τὴν καλὰ τ. πατρίδος πολλάκις Bod. & Roſt.
[y] Ἦν γὰρ δή τις] Oraculum de futuro urbis & Templi excidio. Vid. infr. lib. 6. c. 2. §. 1.
[z] Παλαιὸς λόγος] Videtur eſſe explicatio & παλιγκωφίδης quædam expoſitio vaticinii *Danielis*, c. IX. (quo prædicitur fore ut *urbem* & *ſanctuarium deſtruat populus principis venturus*) maxime autem horum verborum (c. IX. v. *ult.*) *per alam abominabilem vaſtatricem*, ita ut per eam intelligeretur exoritura quædam factioſorum hominum *ſeditio*, à quibus Dei templum horrendum in modum polluereturque profanaretur; quod factum eſt à Zelotis & eventus rem comprobavit. Fuit ergo *ala* ſeu *turma* illa factioſorum Zelotarum templum occupantium, illudque innumeris cædibus & omni flagitioſorum genere polluentium βδέλυγμα ἐρημώσεως *abominabile* hominum concilium, quorum obſtinata pertinacia factum eſt ut & tota Hieroſolyma & Templum ipſum everſa ſint, quæ Titus ſummopere cupiebat conſervata. *L. Capellus* in *Spicilegio* ad *Matt.* c. 24. v. 15. Pro certo haberi debet multa apud Judæos vatum veterum oracula conſervata fuiſſe non *ſcripto* ſed *memoria*. *Grotius* ad *Matt.* c. 27. v. 9. Huns. Reſpicit ad βδέλυγμα & ἐρημώσεως à Daniele prædictum. Rel.
[a] Ἔνθα τότε τὴν πόλιν ἁλώσεσθαι,] ἔνθεν L. B.
[b] Καὶ καθαφλεγήσεσθαι] Καὶ καθαφλέξεσθαι τὸ ἁγιώτατον Bod. Roſt. Pariſ. & Voſſ.
[c] Τὰ ἅγια νόμῳ πολέμου,] τὸ ἁγιώτατον L. B. τὸ ἅγιον τοῦ Ruſ.
[d] Στάσις ἐὰν καθαπίπτῃ,] Στάσεως ὅταν ἐγκαθαπίπτῃ Big.
[e] Προμιάνωσι τὸ τοῦ Θεοῦ τέμενος.] προμιαίνουσι Roſt.
* *Vel*, ad crudelitatem excitabant.
† *Sc.* prophetæ.

ΚΕΦ. ζ'.

Ὅπως Ἰωάννης ἐτυραννίσασεν, ὁποῖά τε κατὰ τὸν Μασάδα εἰργάσατο οἱ Ζηλωταί. ὡς τε Οὐεσπασιανὸς τὰ Γάδαρα εἶλεν, οἷά τε ἔπραξε Πλάκιδος.

ΗΔΗ δὲ [f] Ἰωάννῃ τυραννιῶντι τὸ πρὸς τοὺς ὁμοίους ἰσότιμον ἠδοξέτο, καὶ κατ' ὀλίγους προσποιούμενος [g] ἀφηνίαζε τῇ συντάγματος. ἀεὶ δὲ τοῖς μὲν τῶν ἄλλων δόγμασιν ἀπειθῶν, τὰ δὲ [h] αὐτῷ προστάσσων δεσποτικώτερον, [i] δῆλος ἦν μοναρχίας ἀντιποιούμενος. εἶχον δὲ αὐτῷ τινες μὲν δέει, τινὲς δὲ καὶ εὐνοίᾳ. δεινὸς γὰρ ἦν ἀπάτῃ καὶ [k] δόλῳ προσαγαγέσθαι. πολλοὶ δὲ [l] πρὸς ἀσφαλείας ἡγούμενοι τὸ αὐτῷ, τὰς αἰτίας ἤδη τῶν τολμωμένων ἐφ' ἕνα καὶ μὴ πολλοὺς [m] ἀναφέρειν. τό γε μὴν θρασήριον αὐτοῦ, [n] καλά τε χεῖρα καὶ γνώμην, [o] θυμοφόρους εἶχεν οὐκ ὀλίγους. [p] πολλὴν δὲ μοῖραν τῶν [q] ἀντικαθιστάμενον ἀπελείπετο, παρ' οἷς [r] ἴσχυε μὲν καὶ φθόνος, δεινὸν ἡγουμένων ὑποτελέσθαι τῷ πρὶν ἰσοτίμῳ τὸ πλέον δὲ εὐλάβεια τῶν μοναρχίας ἀπέτρεπεν. ἔστε γὰρ καλαλύσειν ῥᾳδίως ἤλπιζον αὐτὸν ἅπαξ κρατήσαντα, καὶ καθ' ἑαυτοῦ πρόφασιν ἕξειν, τὸ τῶν δεσποτῶν ἀντιπράξαι. [s] προηγεῖτο δὲ ἡ [t] πολεμοῦσα ἔνας [u] ὁτιοῦν παθεῖν, ἢ δουλεύσας [x] ἐκουσίως ὁ ἀνδραποδώδη μοῖραν [y] ὑπομεῖναι. διαφθείρεται μὲν οὖν ἐν τάσει ἑκατέρων, καὶ τοῖς ἀντιτιθεῖσιν Ἰωάννης [z] ἀντεξασίλθωσεν. ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς διὰ φυλακῆς ἦν, [a] καὶ οὐδὲν ἧσσον μικρὸν ἐπροσεβάλλοντο τοῖς ὅπλοις. ἤριζον δὲ περὶ τοῦ δήμου, καὶ πότερος πλείονα λείαν ἀνάξεται ἀντεφιλονείκουν. [b] ἐπεὶ δὲ ἡ πόλις τρισὶ τοῖς μεγίστοις κακοῖς ἐκακοῦτο, πολέμῳ καὶ τυραννίδι καὶ στάσει, πρὸς σύγκρισιν μετριώτερον ἦν τοῖς δημοτικοῖς ὁ πόλεμος. ἀμέλει διαδιδράσκοντες ἐκ τῶν οἰκείων ἔφευγον πρὸς τοὺς [c] ἀλλοτρίους, καὶ τῷ Ῥωμαίοις [d] ἧς ἀπηλλάττοντο τοῖς ἰδίοις [e] σωτηρίας ἤλπιζον.

Quomodo Joannes tyrannidem affectavit, & quænam mala in Maſada patrarunt Zelotæ. Utque Veſpaſianus Gadaram cepit, quæque geſſit Placidus.

JOannes autem, cum jam tyrannidem affectaret, eundem cum æqualibus ſuis honorem accipere dedignabatur; paulatimque è nequioribus quoſdam ſibi adjungens, eorum factioni ſe ſubducebat. Cum autem ſemper aliorum quidem conſultis non obtemperaret, quæ vero ipſi viſa ſunt imperioſius juberet, palam erat eum velle dominatum ſibi ſoli aſſerere. Eique ſe ſociabant nonnulli quidem metu, alii vero ex benevolentia, (mirum quippe ſcientiam habebat alios ad ſe alliciendi fraude & dolo) plurimique quod ad ſecuritatem ſuam facere exiſtimabant, ut facinorum quæ patraverant cauſæ uni potius quam multis adſcriberentur. Ad hæc, quia manu ſtrenuus erat & *bonus* conſilio, non paucos habebat ſatellites. Magna autem pars contrariæ factionis eum deſerebat, nonnulli quidem præ invidia, grave ducentes ei ſubjici quem paulo ante parem habuerant; plurimi vero ſibi cavebant ab unius dominatu. eum enim, ſi ſemel rerum potiretur, haud facile deturbari poſſe exiſtimabant, illudque ſibi objecturum eſſe, quod primum ei reſtiterant. Proinde quiſque bello potius quidvis pati malebat, quam voluntariam ſerviendo ſervitutem pro mancipiis male perire. & ex iſtis quidem diviſa eſt factio, & Joannes in contraria diſſentientibus parte pro rege ſe geſſit. Sed inter ipſos quidem munita erant omnia cuſtodibus; nihilque aut parum agebatur, ſi quando in velitatione armis ſe lacceſſerent: contra plebeculam vero acriter pugnabant, & *ſæpe* utrinque contentio erat, quinam prædam majorem abducerent. Cum autem tribus maximis malis vexaretur civitas, bello & tyrannide & ſeditione, præ cæteris *duobus* populo levius videbatur bellum. Itaque relictis familiaribus ſuis ad alienigenas profugiebant; & à Romanis ſalutem, quam inter ſuos deſperaverant, aſſequebantur.

Joannis ſuperbia & ambitio.

Magna pars contrariæ factionis deficit à Joanne.

β'. [e] Τέταρτον δὲ ἤδη κακὸν ἐκινεῖτο πρὸς τοῦ ἔθνους κατάλυσιν. φρούριον ἦν ὑπὲρ πόρρω Ἱεροσολύμων χαρτερώτατον, ὑπὸ τῶν ἀρχαίων βασιλέων, εἰς τὰ ὑπέρθεσιν [g] κλόνου ἐν πολέμου ῥοπαῖς, καὶ σωμάτων ἀσφάλειαν, κατεσκευασμένον, ὃ ἐκαλεῖτο Μασάδα. τοῦτο [h] προκατειληφότες οἱ προσαγορθούμενοι [i] σικάριοι, τοτὲ μὲν τὰς [k] πλησίον χώρας κατέτρεχον, οὐδὲν πλέον [ἢ χρειώδη] πορίζόμενοι. δέει γὰρ ἀνεχέλκοντο τοῦ πλείονος ἅρπαγῆς. ὡς δὲ τοῖς Ῥωμαίων

Sicariorum à caſtello Maſada excurſus.

agere

[f] Ἰωάννῃ] Conf. ſup. lib. 2. c. 20. §. 6. SPANH.
[g] Ἀφηνίαζε τῇ συντάγματι.] Ἀφηνίαζετο *Big.*
[h] Αὐτῷ προστάσσων δεσποτικώτερον,] Αὐτῷ in *Editis* bene *Big.*
[i] Δῆλος ἦν μοναρχίας ἀντιποιούμενος.] Δῆλος ἦν τ. μ. *Big.*
[k] Δόλῳ προσαγαγέσθαι.] Ita in *Editis.* λόγῳ in *MSS.* & *Ruf.*
[l] Πρὸς ἀσφαλείας ἡγούμενοι] Πρὸς ἀσφάλειαν ἡγούμενοι τὸν αὐτὸν *Big.*
[m] Ἀναφέρειν.] Ἀναφαίνεσθαι *L. B.* & *Roſt.*
[n] Καλά τε χεῖρα] Καλὴν χεῖρα *Big.*
[o] Θυμοφόρους] Ἀλφόρους *Gen.* θυμοφόρους *Ruſin.* SPANH. Ita in *pleriſque MSS.* nec aliter legiſſe videtur *Roſ.* Ἀλφόρους in *Editis.*
[p] Πολλὴν δὲ μοῖραν] πολλοὶ δὲ μὴ χεῖρα *Roſt.*
[q] Ἀντικαθιστάμενον ἀπελείπετο,] Ἀπεκαθημένον *Vat. Voſſ. Roſt. Pariſ. Gall.* & *Bod.*
[r] Ἴσχυε μὲν καὶ φθόνος.] Ἴσχυε *Big.* contra quam *Ruf. Mſtque.*
[s] Προηγεῖτο] Ita habent *L. B. Pariſ.* & *Roſt.* melius, ut videtur quam προφεῖτο quod *Editi.* HAV.
[t] Πολεμοῦσα ἔνας.] Πολέμου *Gall.* & *Vat.*
[u] Ὁτιοῦν παθεῖν,] *Al.* ὅτι οὖν.
[x] Ἑκουσίως ὁ ἀνδραποδώδη μοῖραν] Ἀκουσίως *Big.*
[y] Παραπολέσθαι.] Παραπολεῖσθαι *Big.*
[z] Ἀντεξασίλθωσεν.] Ita in *MSS.* ἀντεξασίλθων in *Editis.*
[a] Καὶ οὐδὲν] Ἐπράττετο aut ſimile verbum deeſt, aut ſubintelligendum relinquitur. nam *Ruſinus* vertit, *nihilque aut parum agebatur.* Καὶ οὐδὲ μικρὸν ἦν εἰκοτι *Big.*
[b] Ἐπεὶ δὲ ἡ πόλις] Ἐπειδὴ δὲ ἡ π. in aliquot *MSS.*
[c] Ἀλλοτρίους,] Ἀλλοφύλους *Big.*
[d] Ἧς] οἷς *L. B.*
[e] Σωτηρίας] σωθηρίαν *Roſt.*
[f] Τέταρτον δὲ ἤδη κακὸν] ἄλλο κακὸν *MS. Lipſ.* SPANH. Τέταρτα δὲ ἄλλα κακὰ in *pleriſque MSS.*
[g] Κλόνου ἐν πολέμου ῥοπαῖς,] Κτήσεως *Big.*
[h] Προκατειληφότες] Κατειληφότες *Voſſ. Roſt.* & *Bod.*
[i] Σικάριοι, τοτὲ μὲν τὰς] Iſta omnia quæ occurrunt inter σικάριοι & δέει habuimus ex *MSS. Voſſ. Roſt.* & *Bod.* præter ἃ χρειώδη, quæ ad ſenſum explendum inſerta uncisque incluſa dedimus.
[k] Πλησίον] πλησίον *Roſt.*
[l] Reponendis opibus ad momenta belli, *Ruf.*

agere audirent, & Judæos Hierosolymitanos ex seditione suaque dominatione divisos, majora facinora aggrediebantur. Atque die festo Azymorum (qui agitur à Judæis ob salutem acceptam cum ex Ægyptiorum servitute liberati in terram patriam remitterentur) noctu descenderunt, clam eos qui illis obstarent, & in urbeculam quandam nomine Engaddi impetum faciunt. In qua eos qui resistendo erant, priusquam arma caperent & convenirent *omnes*, subito disperserunt & civitate ejecerunt: eos vero qui fugere non poterant, mulieres ac liberos, supra septingentos interficiunt. deinde cum ædes compilassent, fructusque jam maturos diripuissent, prædam in Masadam retulerunt. Et illi quidem omnes circa castellum vicos & regionem omnem depopulabantur, non parvo undique perditorum numero ad eos in dies singulos confluente. Simul autem per reliquos Judææ tractus concitati sunt latrones, qui eousque quieverant. ac quemadmodum in corpore, si quod præcipuum est inflammaretur, una ægrotarent membra cuncta: itaque propter urbis seditionem & tumultum qui foris erant nequissimi prædandi arripuerunt licentiam: atque singuli, ubi vicos quos inhabitabant diripuerunt, mox in solitudinem se recipiebant. Cumque in agmina congregarentur & conjurarent, exercitu quidem pauciores, * plures vero quam manus latrocinalis, in *loca* sacra & oppida irruebant. † Interdum etiam eveniebat, ut male quidem mulctarentur ab ijs in quos impetum fecerant, id quod in bello relictis solet accidere; interdum autem pœnas prævenirent, latronum more cum spoliis in fugam conjecti. Nulla autem pars Judææ erat quæ simul cum urbe eminentissima non interibat.

Cædes ac devastatio per universam Judæam.

Transfuga Vespasiani misericordiam implorant.

3. Ista Vespasiano à transfugis narrabantur. nam licet exitus omnes custodirent, & quotquot ad eos quoquo modo accederent *è vestigio* interficerent seditiosi, erant tamen qui clam elapsi, & ad Romanos se recipientes, imperatorem incitabant, ut opem civitati ferret, & conservatum iret populi reliquias. nam & multos quod bene Romanis vellent periisse, & superstites in periculo esse. Ille autem, jam tum miserans eorum calamitates, castra movit tanquam Hierosolyma obsessurus, re autem vera ut ‡ *urbem* obsidione liberaret. oportebat autem, priusquam id ageret, ut quod reliquum erat eversum iret, nihilque à tergo relinqueret quod obsidionem impediret. Cum igitur venisset Gadara, metropolim Perææ validam, quarta die mensis Dystri civitatem ingreditur. jam enim optimates, clam seditiosos, legatos ad eum de deditione miserant, tam pacis desiderio, quam suis facultatibus me-

Vespasianus ingreditur Gadara.

4. Eandem circa diem Izatæ regis & filii & fratres, cumque his multi nobiles indigenæ illic congregati, supplicarunt Cæsari ut dextram sibi darent. Ille vero, quamvis omnibus qui superetant valde iratus, à moribus suis non recessit, sed eos suscipit. Et nunc quidem omnes in custodia habebat: Regis autem filios & propinquos postea vinctos Romam perduxit, obsidum fidem præstaturos.

τὰ δυνάμεις δ' εἶναι τοιαύτας, ἡ πολλαὶ μὲν ὑπὸ τῶ λιμῶ διεφθαρμένων ἐρήμους.

δ'. Καὶ παυθεὶς τ ἡμέρας, ὅς τε [k] Ἰζάτου βασιλέως υἱοὶ ἡ ἀδελφοὶ, σὺν οἷς πολλοὶ τ ἐπιφανῶν ἐκεῖ συνειλέγησαν, ἱκέτευσαν Καίσαρα δεξιὰν αὐτοῖς δοῦναι· ὁ δὲ ἐκεῖνα μὲν πρὸς πάντας τοὺς ὑπολοίπους διεφυλάττετο· ὅσους δὲ ἀλλαξάμενος τὰ ὅπλα δεχθεὶς δὲ τοὺς ἄνδρας ἡ τότε μὲν εἰς Ῥώμην ἀπήγαγε, πίστιν ὁμήρων παρέξοντας.

XIV. CAP. VII. ΚΕΦ. ζ'.

Quanam deinceps acciderunt seditiosi, mala multa facientibus & patientibus: & quomodo urbem superiorem occupaverit Cæsar.

Tyranni confugiunt in palatium.

Seditiosi autem, facto in regiam impetu, ubi ob loci munitionem multi facultates suas deposuerant, & Romanos inde pellunt, & cœtu plebis ibi congregatæ, ad octo millia & quadringentos, omni interfecto, pecuniam diripuerunt. Vivos autem duos *milites* Romanos ceperunt, unum equitem, alterum peditem. & peditem quidem trucidatum statim per omnem traxere civitatem, quasi in uno corpore omnes Romanos ulciscerentur. eques vero, se aliquid illis quod saluti foret suggesturum dicens, ad Simonem deducitur: cui cum nihil haberet quod diceret, Ardalæ cuidam è ducibus traditur puniendus. Qui cum eum, revinctis post tergum manibus, oculisque fascia obstrictis, in conspectum Romanorum veluti capite cæsurus produxisset: is, dum gladium Judæus educeret, occupat fugam maturare ad Romanos. Hunc ab hostibus elapsum, occidere quidem non sustinuit Titus, militem vero esse ratus Romanis indignum, quia vivus fuerat captus, armis ablatis eum agmine pepulit; quæ res viro pudenti morte gravior.

Supplicii capitalis modus.

Incendium urbis inferioris.

2. Postridie autem Romani latronibus ex inferiore urbe profligatis, etiam ad Siloam usque omnia incenderunt. & urbem quidem flammis absumi gaudebant, rapinis vero excidebant; quoniam seditiosi, exhaustis prius omnibus, in superiorem civitatem se receperant. Illos enim malorum quidem minime pœnitebat: sed arroganter adeo se gerebant, ac si res bene cecidissent. Itaque cum urbem ardere viderent, hilari vultu mortem se exspectare dicebant, ut qui perempto populo, incenso templo, & conflagrante urbe, nihil hostibus *diripiendum* reliquerint. * Non tamen Josephus in extremis cessabat eos obsecrare pro reliquiis civitatis. Sed multa quidem in eorum crudelitatem atque impietatem loquutus, multis vero pro salute *eos* adhortatus, nihil amplius quam ut irrideretur assequutus est. Quoniam vero neque Romanis se dedere propter jusjurandum volebant, neque pugnare cum Romanis ex æquo jam poterant, arcta quippe obsidione circundati, cædibusque insuper

Josephi pietas in patriam.

Ἥν ἐξῆς συνέβη τοῖς ἄνω, καὶ πολλὰ δρῶσι καὶ πάσχουσιν ὑφ' ὧν ἐκ τῆς ἄνω πόλεως ἐγκρατὴς ἐγένετο Καῖσαρ.

Ὀλίγας δ' ὅτι μ [m] βασιλικὴν ὁρμὴν ἔσχεν αὐλὴν, ἵνα μὴ διὰ ἐχυρότητα πολλοὶ τὰς χεῖρας ἀπέθεντο, τοὺς τε Ῥωμαίους [o] ἀφ' αὐτῆς τρέπουσι, καὶ τὸ συμπεφορημένον αὐτοῖς ἐν δήμῳ πᾶν φονεύσαντες, ἄνδρας εἰς ὀκτακισχιλίους καὶ τετρακοσίους, τὰ χρήματα διήρπασαν. ἐζωγρήσαν τε καὶ [p] Ῥωμαίων δύο, τὸν μὲν ἱππέα, τὸν δὲ πεζόν, καὶ τὸν μὲν πεζὸν ἀποφάξαντες εὐθέως [q] ἕσυραν διὰ [r] ὅλης τῆς πόλεως, ὡς ἂν εἷς σώματι πάντας Ῥωμαίους ἀμυνόμενοι· ὁ δὲ ἱππεὺς, ὠφέλιμόν τι αὐτοῖς πρὸς σωτηρίαν ὑπισχνούμενος λέγειν, ἀνάγεται πρὸς Σίμωνα· πρὸς ᾧ μηδὲν εἰπεῖν ἔχων, [s] Ἀρδάλᾳ τινὶ τῶν ἡγεμόνων παραδοθεὶς κολασθησόμενος. ὁ δ' αὐτῷ ὀπίσω [x] τὼ χεῖρε δήσας, καὶ ταινίᾳ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀντικρὺ τῶν Ῥωμαίων προήγαγεν ὡς καρδιώσων· φθάνει δ' ἐκεῖνος εἰς τοὺς Ῥωμαίους ἀλλαφυγὼν, ὃ πρὸ τοῦ ξίφους ἐσπάσατο ὁ Ἰουδαῖος. τοῦτον [y] ἀλλαφυγόντα ἐκ τῶν πολεμίων ἀνελεῖν μὲν οὐκ ἠνέσχετο Τίτος, ἀνάξιον δὲ Ῥωμαίων εἶναι κρατίστων κρίνας ὅτι ζῶν ἑλήφθη, τά, τε ὅπλα ἀφεῖλτο, καὶ τῷ τάγματος ἐξέβαλεν, ἄδοξον ἡγησάμενος θανάτου χαλεπώτερα.

β'. Τῇ δ' ἑξῆς Ῥωμαῖοι, τρεψάμενοι τοὺς λῃστὰς ἐκ τῆς κάτω πόλεως, τὰ μέχρι τοῦ [z] Σιλωὰμ πάντα ἐνέπρησαν. καὶ τοῦ μὲν ἄστεος ἡδονῇ δαπανωμένοις, τῶν δὲ ἁρπαγῶν δημάρτανον, ἐπειδὴ πάνθ' οἱ σφαγεῖς προεκκλέψαντες ἀνεχώρουν εἰς τὴν ἄνω πόλιν. οὐ γὰρ αὐτοῖς μετάνοια μὲν ἐδεμία τῶν κακῶν, ἀλαζονεία δ' ὡς ἐπ' ἀγαθοῖς κατορθωμένοις γὲν ἀφορῶντες τὴν πόλιν, ἱλαροῖς τοῖς προσώποις εὐθυμοῖ τὴν τελευτὴν προσδέχεσθαι ἔλεγον, πεφονευμένου μὲν τοῦ δήμου, κεκαυμένου δὲ τοῦ ναοῦ, φλεγομένου δὲ τοῦ ἄστεος, μηδὲν καταλιπόντες τοῖς πολεμίοις. ὁ μὴν ὅ, γε Ἰώσηπος οὐκ ἐκάτοις ἐπαύετο αὐτοὺς ὑπὲρ τῶν λειψάνων τῆς πόλεως ἱκετεύων. ἀλλὰ πολλὰ μὲν πρὸς τὴν ὠμότητα καὶ τὴν ἀσέβειαν εἶπεν, πολλὰ δὲ συμβουλεύσας πρὸς σωτηρίαν, οὐδὲν τοῦ χλευασθῆναι πλέον ἀπεκόμισε. ἐπεὶ δ' ὅτε παραδοθῆναι διὰ τὸν ὅρκον ἐαυτοὺς ὑπέμενον, ὅτε πολεμεῖν ἐξ ἴσου Ῥωμαίοις ἔτ' οἷοί τε ἦσαν, ὥσπερ εἰρκτῇ περειλημμένοι, [a] τό, τε τοῦ φονεύειν ἔθος ἐλύπει τὰς

[i] Οἵ, τε] Conf. supr. lib. 2. c. 19. §. 2. SPANH.
[k] Ἰζάτου βασιλέως υἱοὶ καὶ ἀδελφοὶ,] Ἰζᾶ τοῦ βασ. in aliquot *MSS.*
[l] Ἰωάτηνος Κλείσαρα] Ἰωάτην Big.
[m] Βασιλικὴν] Οἰκίαν post βασιλικὴν addit Big.
[n] Ἀπέθεντο,] ἐπέθεντο Gen.
[o] Ἀπ' αὐτῆς τρέπουσι,] Ita Big. Vat. Lips. Lugd. Bas. & Ruf. male ἐπ' αὐτὰς in Editis Aliisque.
[p] Ῥωμαίων δύο,] Ῥωμαίους Bod. & Ruf.
[q] Ἕσυραν] Ἕσυρον Big. & Gall.
[r] Ὅλης τῆς πόλεως,] Ita Big. & Ruf. in ceteris deest ὅλης.
[s] Εἰς ἐπὶ σώματι] Illud οὐ è Cod. Big.
[t] Ὑποδήσεσθαι] Ὑποδήσασθαι Big.
[v] Ἀρδάλᾳ] Ἀρδάλᾳ Bod. Adriani Reg. & Lugd. Bat.
[x] Τὼ χεῖρε] Τὰς χεῖρας Busb.
[y] Διαφυγόντα] Ἀπὸ erat ἀλαφυγόντα μὲν. verum μὲν delevi auctoritate Codd. MSS.
[z] Σιλωὰμ] Sic MSS. Σιλωᾶ in Editis. Conf. supr. l. 5. c. 4. §. 1. SPANH.
[a] Τό, τε τοῦ φονεύειν] Τὸ δὲ Big.

* Sed tamen Josephus in extremis eorum rebus pro reliquiis civitatis obsecrando laborabat, Ruf.

τὰς δεξιὰς, ἐκδιδόμενοι καὶ τὰ ἔμπροσθεν ἐκ πόλεως, τοῖς ἐρημίοις ὑπελόχων τὰς αὐτομολίαν ὁρμημένους. πλείστους δὲ πολλοὶ καὶ πάντες ἀποφάττοντες, [b] ὑπὸ γὰρ ἀσθενείας οὐδὲ εἰς φυγεῖν ἴσχυον, ἐρρίπτουν. αὐτῶν κυσὶ τοὺς νεκρούς. ἐδόκει δὲ πᾶς τρόπος ἀπωλείας τοῦ λιμοῦ κουφότερος, ὅστε καὶ Ῥωμαίοις, ἀπηλπισμένοις ἤδη τὸ ἔλεον, ὅμως προσέφευγον, καὶ φονεύσι τοῖς ταχίστοις ἐπίπτοντες ἐπέπιπτον. τόπος τε ἐπὶ τῆς πόλεως οὐδεὶς γυμνὸς ἦν, [d] ἀλλὰ ἅπας [e] ἢ λιμοῦ νεκρὸν εἶχεν ἢ στάσεως, [f] καὶ πεπλήρωτο νεκρῶν ἢ ἀφ' στάσεως ἢ ἀφ' λιμοῦ ἀπολωλότων.

γ'. Ἐβαλλον δὲ τοὺς τυράννους, καὶ τὸ σὺν αὐτοῖς λῃστρικὸν, [g] ἐλπὶς ἐσχάτη περὶ τῶν ὑποπόμων, εἰς οὓς καταφεύγοιεν ἐκ προτειχίων ἐρημίας. μὴ ἦ τῶν πάντων ἡ πόλεως ἅλωσιν, ἀναζευξάντων [h] τῶν Ῥωμαίων προελθόντες, ἀποδρᾶσαι ἐπεχείρουν. τὸ δ' ἦν ἄρα ὄνειρος αὐτοῖς ἔτι μὴ τὸν Θεὸν, ἔτε Ῥωμαίους λήσειν ἐμέλλον. τηνικαῦτα γεμὴν τοῖς ὑπογείοις, πεποιθότες, αὐτοὶ πλείονα τῶν Ῥωμαίων διέπρασαν. καὶ τοὺς ἐκ τῶν καιομένων καταφεύγοντας εἰς τὰς [k] διώρυχας ἔκλεπτόν τε [l] ἀναίδην καὶ ἐσύλων. [m] κἂν εἴ τινος εὕροιεν τροφὴν ἁρπάζοντες, αἱματι πεφυρμένην κατέπινον. ἦν δὲ καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν ταῖς ἁρπαγαῖς ἤδη πόλεμος αὐτοῖς. δοκῶσι δ' ἄν μοι, μὴ [n] φθασθέντες ὑπὸ τῆς ἁλώσεως, δι' ὑφορίαν ἀμότητος γεύσασθαι καὶ τῶν νεκρῶν.

assuetis familiare erat dextris movere, ante urbem dispersi in ruinis transfugere cupientibus insidiabantur. Multos autem capiebant, omnesque interficientes (nam propter inediam fugere non valebant) illorum cadavera canibus projiciebant. Omne autem pereundi genus fame levius videbatur: adeo ut ad Romanos, licet jam desperata misericordia, tamen fugerent; atque in seditiosos, à cæde non cessantes, sponte inciderent. nullusque in urbe locus erat vacuus, sed omnis aut fame aut seditione peremptos habebat, & cadaveribus eorum oppletus erat, qui aut seditione aut alimentorum penuria perierunt. *Tyrannorum crudelitas.*

3. Tyrannos autem, factionemque latronum, qui cum illis erant, fovebat spes ultima cuniculorum: in quos si confugerent, se non indagatum iri putabant: sed peracto excidio, post Romanorum digressum prodire & aufugere cogitabant. Id autem plane illis erat somnium: nec enim vel Deum vel Romanos fuerant latituri. Porro tunc subterraneis freti, plura quam Romani concremabant: & qui ex incendiis fugientes in fossas descenderant, eos improbe necabant itemque spoliabant. Quinetiam cibum sicubi reperissent, sanguine *licet* concretum, rapientes devorabant. Inter ipsos autem de rapinis jam bellum gerebatur: eósque putaverim, nisi excidio præventos, nimia crudelitate etiam mortuorum corpora degustaturos. *Tyrannorum spes vana evadendi per cuniculos.*

ΚΕΦ. η'.

Ὅπως πόλιν τὴν ἄνω χώμασι λαμβάνει ὁ Καῖσαρ· ὧν τελεσθέντων τὰς μηχανὰς προσάγειν κελεύει, καὶ ἐγκρατὴς τῆς ἄλλης πόλεως ἐγένετο.

Καῖσαρ δὲ, ὡς ἀμήχανον ἦν ἐξελεῖν δίχα [o] χωμάτων τὴν ἄνω πόλιν περιῤῥηγνυμένον οὖσαν, λαγχάνει τοῖς ἔργοις τὴν δύναμιν Λώου μηνὸς εἰκάδι. χαλεπὴ δ' ἦν ἡ ὕλης ἡ κομιδὴ, πάντων, ὡς εἰπεῖν, τῶν περὶ τὴν πόλιν ἐφ' ἑκατὸν σταδίους ἐκκοπτομένων εἰς τὰ πρότερα χώματα. τῶν μὲν οὖν τεσσάρων ταγμάτων ἠγείρετο τὰ ἔργα κατὰ τὸ πρὸς δύσιν κλίμα τῆς πόλεως, ἄντικρυς τῆς βασιλικῆς αὐλῆς· τὰ δὲ συμμαχικὸν πλῆθος, καὶ ὁ λοιπὸς ὄχλος κατὰ τὸν ξυστὸν, ἐξ οὗ καὶ τὴν γέφυραν, καὶ τὸν Σίμωνος πύργον, ὃν ᾠκοδόμησε πρὸς Ἰωάννην πολεμῶν ἑαυτῷ φρούριον.

β. Κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας, οἱ τῶν Ἰδουμαίων ἡγεμόνες, κρύφα συνελθόντες, ἐβουλεύσαντο περὶ παραδόσεως σφῶν αὐτοῦ, καὶ πέμψαντες ἄνδρας πέντε πρὸς Τῖτον, ἱκέτευον δοῦναι δεξιὰν αὐτοῖς. ὁ δὲ, καὶ τὸν τυράννους ὑποπτεύσας ἐλπίσαι, ἀποστασθέντων τῶν Ἰδουμαίων, οἳ πολὺ τῆς πολέμου μέρος ἦσαν, βραδέως μὲν, ἀλλ' ὅμως καλαίνειν τε [q] τῆς σωτηρίας αὐτοῖς, καὶ τοὺς ἄνδρας ἀπέπεμψε. καταμαθόμενον δ' ἀποχωρεῖν αἰσθάνεται Σίμων, καὶ πέντε μὲν τοὺς ἀπελθόντας πρὸς Τῖτον εὐ-

CAP. VIII.

Quomodo Cæsar contra urbem superiorem aggeres erigit: quibus perfectis machinas adduci jubet, & totam urbem cepit.

CÆsar autem, cum urbs superior, in loco præcipiti sita, sine aggeribus capi non posset, copiis opus distribuit vicesimo die mensis Loi. Erat autem materiæ advectio difficilis; omnibus, ut dictum est, circa civitatem ad stadium usque centesimum, in aggerum priorum exstructionem detonsis. Et quatuor quidem legionum opera in parte civitatis occidentali ex adverso aulæ regiæ erigebantur: auxiliarium vero manus & cætera multitudo xystum versus *occupabatur*, ac pontem, & Simonis turrim, quam cum Joanne bellum gerens pro castello sibi ædificaverat. XV. *Augusti XX. incipium Romani aggeres contra urbem superiorem.*

2. Iis diebus Idumæorum duces clam congregati, consilium de sui traditione inierunt; virisque quinque ad Titum missis, ut dextram sibi daret supplices petebant. Ille vero, tyrannos, Idumæis avulsis qui belli pars magna erant, pertinaciam abjecturos sperans, tarde quidem, veruntamen illis incolumitatem promittit, viroſque remisit. Dum autem discessum pararent, rem intelligit Simon, & quinque quidem, qui ad Titum per- *Idumæi deditionem tentant.*

[b] Τὸ φ] λεῖπ φ Rost.
[c] Φυγεῖν ἴσχυον,] Φυγεῖν & mox δ' ἐρρίπτουν in Cod. Big.
[d] Ἀλλὰ ἅπας] Ἀλλὰ πᾶς Big.
[e] Ἢ λιμοῦ νεκρὸν εἶχεν] Illud ἢ ex Zonara additum.
[f] Καὶ πεπλήρωτο νεκρῶν——ἀπολωλότων. Delet hæc Lugd. Bat.
[g] Ἐλπὶς ἰσχάτη] Ἐλπὶς ἰσχάτη ἢ π. Big.
[h] Τῶν Ῥωμαίων προελθόντες,] Illud τῶν è Codd. MSS. ut & mox infra v. 43.
[i] Ἐνεπίπρασαν] Ὑπεπίμπρασαν Big. ἐνεπίμπρασαν Vat.
[k] Διώρυχας] Conf. de Vita §. 31. & supr. c. 1. 3. SPANH.
[l] Ἀναίδην] Ita Big. antea erat ἀνιδὼν. Quæ vox sit huic loco accommodatior, aliorum esto judicium.
[m] Κἂν] καὶ L. B.
[n] Φθασθέντες] Big. Rost. L. B. φθαρέντες Vat. & Lipſ.
[o] Χωμάτων] *Aggeres* reddunt. Non repugno. Antea etiam χωμάτων meminit, & χάρακα quo urbem Titus cinxit. Videtur vallum fuisse ex stipitibus ligneis structum: ὕλη enim erat, qua spoliabatur omnis regio circa Hierosolymas. Christus id prædixit Luc. 19, 43. fore ut χάρακα circa Hierosolymam struerent, easque circumvallarent. Adeoque licet id in animo ante non habuerit Titus, ut dicto Christi veritas constaret, fieri debuit: qui etiam prædixit fore ut urbs a Romanis caperetur, etiamsi virtute humana id fieri nequaquam posse videretur, uti ipse Titus agnovit, mox cap 16. ἐὰν θεὸς ἐναντιώσηται, & manus humanæ nil efficere possunt adversus has turres. REL.
[p] Τὸν ξυστὸν,] τὸ ξυστὸν L. B.
[q] Τῆς σωτηρίας] Abest τῆς a Lugd. Bat.

perrexerant, ſtatim occidit, duces vero, quorum nobiliſſimus erat Jacobus Soſæ filius, correptos in carcerem compingit. Idumæorum autem multitudinem, quod privati eſſent ducibus, conſilii inopem, obſervari jubet, & mœnia præſidiis accuratioribus muniebat. Non tamen cuſtodes transfugientibus obſtare valebant: ſed quamvis plurimi necarentur, multo *tamen* plures erant qui diffugerent. Omnes autem ſuſcipiebantur à Romanis, & quod Titus lenitate ſua præcepta priora inſuper habuerat, & ipſi *milites* ſatietate lucrique ſpe cæde abſtinuerant. Nam ſolis plebejis relictis, cæteram multitudinem cum uxoribus & liberis, minimo quemque pretio venundabant, ob mancipiorum magnum numerum & emptorum paucitatem. Quanquam autem voce præconis edixiſſet, ne quis ſolus transfugeret, ut familias *ſuas ſecum* educerent, tamen hos quoque recipiebat, appoſitis qui ab illis ſepararent quotquot pœna digni viderentur. Et quidem eorum qui venditi ſunt infinita erat multitudo; è plebejis vero ultra XL. millia ſunt conſervati, quos Cæſar, prout gratum unicuique erat, dimiſit.

Idumæi evadunt Cæſaris permiſſu.

Jeſus ſacerdos ſacra quædam vaſa tradit Cæſari.

3. In iiſdem diebus, quidam à ſacerdotibus, Thebuthi filius, nomine Jeſus, jurejurando pacta ſibimet à Cæſare incolumitate, ea lege ut de ſacris inſtrumentis quædam traderet, egreditur, ac tradit ex fani pariete candelabra duo, his quæ poſita erant in templo ſimilia, menſaſque & crateras & phialas, omnia ex ſolido auro & graviſſimo facta. necnon & aulæa, & pontificias veſtes cum lapidibus, & multa alia vaſa ſacro miniſterio comparata tradit. Quin & ſacri theſauri cuſtos, nomine Phineas, comprehenſus, tunicas, & cingula ſacerdotum oſtendit, multamque purpuram & coccum, quæ in aulæa adhibenda ſervabantur: cum quibus & multum cinnamomi erat, & caſſia, & aromatum aliorum vis ingens, quæ commiſcentes Deo quotidie adolebant. Traditæ ſunt etiam ab eo & multæ aliæ res pretioſæ, & ſacra ornamenta non pauca; quæ ipſi, *licet* vi capto, veniam transfugis datam conciliabant.

Phineas gazophylax comprehenſus veſtes ſacras aliasque res indicat.

XVI. *Septembris VIIo. Romani machinas admovent urbi ſuperiori.*

4. Jam vero, die ſeptimo menſis Gorpiæi aggeribus intra octodecim dies confectis, Romani quidem machinas admovebant: ſeditioſorum autem alii, qui tum de civitate deſperaverant, muris relictis in Acram recedebant: alii ſe in cuniculos abdebant, multique ordine diſpoſiti eos propugnabant qui helepoles adducebant. Hos vero multitudine ac vi ſuperabant Romani, quodque maximum eſt, læti mœſtos atque jam debiles. Cum autem muri pars quædam abrupta eſſet, nonnullæque turres arietibus pulſatæ ceſſiſſent, ſtatim quidem propugnatores diffugiebant, tyranniſque etiam metus inceſſit vehementior quam pro neceſſitate. nam priuſquam tranſilirent hoſtes, torpore tenebantur & ad fugiendum ſuſpenſi erant. Cernere autem erat paulo ante ſuperbos & impiis facinoribus gloriantes, ita tunc dejectos & tremebundos, ut miſeranda eſſet, quanquam in nequiſſimis, tanta mutatio. Et conati quidem ſunt, factis in munitiones excurſibus cuſtodes pellere, illiſque perruptis evadere. Cum autem eos, quorum fideli opera prius uſi fuerant, nuſquam viderant,

Tyranni, Joannes & Simon, terreri incipiunt.

θεὸς ἀναιρεῖ, τὺς δ' ἡγεμόνας, ὧν ἦν ὁ τῆ Σωσᾶ Ιάκωβος, συλλαβὼν εἵργνυσι· τὸ δὲ πλῆθος τῶν Ἰδουμαίων, ἀμηχανῶν ἀφ' ἧ τ' ἀφαίρουν τὺς ἡγεμόνας, οὐκ ἀφύλακτον εἶχε, τὸ τὺ τῶν φρουρᾶς ὀλιγωτέρας διελάμβανεν. εἰ μὲν ἀντέχειν οἱ φρουροὶ πρὸς τὰς αὐτομολίας ἴσχυον ἀλλὰ καὶ τοι πλείους τῶν φευγόντων, πολὺ πλείους οἱ ἀφισταμένοις ἦσαν. ἐδέχοντο δὲ Ρωμαῖοι πάντας, τότε Τίτου ἀφ' ὑβριστῶν τὸ προλέγοντος ἀμελήσειν τῶν ἀγγελμάτων, καὶ αὐτοὶ κόρον τοῦ κτείνειν ἀπεχόμενοι, καὶ κέρδος ἐλπίδι. τὺς γὰρ δημοτικὺς καλαλιπόντες μόνους, τὸ ἄλλον ὄχλον ἐπώλουν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, ἐλαχίστης τιμῆς ἕκαστον, πλήθει τε τῶν πιπρασκομένων, καὶ ὀλιγότητι τῶν ὠνουμένων. καὶ γὰρ δὲ φρουρὰς μηδένα μέλλον αὐτομολεῖν, ὅπως μὴ γενεὰς ἐξαγάγοιεν, ὅμως καὶ τότε ἐδέχετο. ἐπέστησε μέν τοι τὺς [u] ἀφηνιάζοντας ἀπ' αὐτῶ, εἴ τις εἴη καλάσιρις ἄξιος. καὶ τῶν μὲν ἀπεμποληθέντων [v] ἄπειρον τὸ πλῆθος ἦν· οἱ δημοτικοὶ δ' διεσώθησαν ὑπὲρ τετρακισμυρίους, ὓς ἀφῆκε Καῖσαρ, ἢ φίλοι ἦν ἑκάστῳ.

γ' Ἐν δὲ ταῖς αὐταῖς ἡμέραις, καὶ τῶν ἱερέων τις [x] Θεβεθοῦθι παῖς, Ἰησοῦς ὄνομα, λαβὼν ἀσφαλείας ὅρκους παρὰ Καίσαρος, ἐφ' ᾧ παραδώσει τινὰ τῶν ἱερῶν κειμηλίων, ἔξεισι, καὶ παραδίδωσιν ἀπὸ τοίχου τοῦ ναοῦ λυχνίας δύο [y] ταῖς τε τοῦ ναοῦ κειμήλαις παραπλησίας, τραπέζας τε καὶ κρατῆρας καὶ φιάλας, πάντ' ὁλόχρυσα καὶ στιβαρώτατα. παραδίδωσι δὲ καὶ τὰ καλαπετάσματα, καὶ τὰ ἐνδύματα τῶν ἀρχιερέων σὺν τοῖς λίθοις, καὶ πολλὰ τῶν πρὸς τὰς ἱερουργίας σκευῶν ἄλλα. συλληφθεὶς δὲ καὶ ὁ γαζοφύλαξ τοῦ ἱεροῦ Φινέας ὄνομα, τούς τε χιτῶνας καὶ τὰς ζώνας ἐπέδειξε τῶν ἱερέων, πορφύραν τε πολλὴν καὶ κόκκον, ἃ [z] πρὸς χρείας ἀπέκειτο τῶ καλαπετάσματι, σὺν οἷς [a] κιννάμωμόν τε πολὺ καὶ κασίαν, καὶ πλῆθος ἑτέρων ἀρωμάτων, ἃ συμμίσγοντες ἐθυμίων ὁσημέραι τῶ Θεῶ. παρεδόθη δὲ ὑπ' αὐτοῦ πολλὰ καὶ τῶν ἄλλων κειμηλίων, κόσμος δ' ἱερὸς οὐκ ὀλίγος, ἄφθορ αὐτῶν βίᾳ ληφθέντι τῶν αὐτομόλων συγγνώμην ἔδωκε.

δ'. Σωτελεσμένων δ' ἤδη καὶ τῶν χωμάτων ἑβδόμην Γορπιαίου μῆνος, ὃν ἐκκαίδεκα ἡμέραις, Ρωμαῖοι μὲν προσῆγον τὰς μηχανάς. τῶν δὲ στασιαστῶν οἱ μὲν, ἀπεγνωκότες ἤδη τὰ πάντα, ἀνεχώρουν εἰς τὴν Ακραν. οἱ δ' [b] ἐγκαθεδύοντο τοῖς ὑπονόμοις· πολλοὶ δὲ ἀφιστάντες ἠμύνοντο τοὺς προσάγοντας τὰς ἑλεπόλεις. ἐκράτουν δὲ καὶ τούτων Ρωμαῖοι, πλήθει τε καὶ βίᾳ, καὶ τὸ μέγιστον, εὐθυμούμενοι ἀθύμως ἤδη καὶ παρειμένους. ὡς δὲ προέρρηγμέ τι τοῦ τείχους, καὶ τινες τῶν πύργων τυπτόμενοι τοῖς κριοῖς ὑπέδοσαν, φυγὴ μὲν οὐδεὶς τὴν εὐθέως τὰ ἀμυνομένων, δέος δὲ καὶ τοῖς τυράννοις ἐμπίπτει σφοδρότερον τῆς ἀνάγκης. πρὶν γὰρ ὑποπτῆσαι τοὺς πολεμίους, ἐράρχουν τε καὶ μέλεσιν πρὸς φυγὴν ἦσαν. ἦν δ' ἰδεῖν τοὺς πάλαι σοβαροὺς καὶ τοῖς ἀσεβήμασιν ἀλαζόνας, τότε ταπεινὺς καὶ τρέμοντας, ὡς ἐλεεινὸν εἶναι καίτοι τῶν προπολάτους τῆς μελαγχολίας. ὥρμησαν μὲν οὖν, ὅτι τὸ προτείχισμα διαρραγέντος, ὥσασθαί τε τὺς φρουροὺς, καὶ ἀλκῆ φανίσεις ἐξελθεῖν. ὡς δὲ τοὺς μὲν πάλαι πιστοὺς ἑώρων ἐδαμῶ, διέφυγον γὰρ ὅπη τινὲ συγ-

---

[u] Τὺς αὐτομολίας ἴσχυον] Τὺς αὐτομολήτας *Big.* τὰς αὐτομόλους *Bonav.*

[v] Κόρον δ' πλείονι ἀπεχόμενοι,] Κόρον *Big.* unde ἀφ' quis excidiſſe ſuſpicaretur.

[w] Καὶ γυναῖκας ἐξαγάγοιεν,] Καὶ τὰς γυναῖκας *Big.* & mox ἐξάγοιεν *Vat.*

[x] Διαπεφωνῆντας ἀπ' αὐτῶν,] Διαπεφοβῆσθαι *Big.*

[y] Λαμπάδων τὸ πλῆθος ἦν.] Ita *Big.* & *Vat.* ἕκπυρόν τε πλ. in *Editis*, *Zonara*, *Aliiſque.*

[z] Θεβεθοῦθι] Ita cum *Ruffino* legendum cenſeo. Θεμοῦθι in *Editis*, forſan pro Θεβεθοῦθι quod habet *Cod. Vat. Lugd. Bat.* & *Roſt.* Ζεβοῦθι *Big.*

[a] Τῶν καλὸς τοῦ ναοῦ κειμήλιος] Τῶν καλῶς τοῦ ναοῦ κειμήλιον *Big. Vat. Voſſ. Roſt.* & *Bod.*

[b] Ἡρὸς χρείας ἀπέκειτο] Πρὸς τὰς χρείας *Vat.*

[c] Κασίαμωμόν τε πολὺ καὶ κασίαν,] Cinnamomum, Caſſia ad ſuffitus in Templo. Vid. II. Reg. XXXIX. 2. SPANH. Hinc diſcimus plura aromata quam quatuor quorum Moſes meminit, in pulvere ſuffitus fuiſſe, quod & Talmudici teſtantur, וקציעה קנמון *cinnamomum & caſſiam* diſerte memorantes. REL.

[d] Ἐγκαθεδύοντο τοῖς ὑπονόμοις,] Ἀφεδὺς τῶν ὑπονόμων infr. lib. 7. c. 6. §. 5. SPANH.

[e] Πρα-

συνεβίλασεν ἡ ἀνάγκη, [c] τροθέοντες ἦ, [d] οἱ μὲν ὅλον ἀναλετρᾶφθαι τὸ πρὸς δύσιν τεῖχος ἤγγελλον, οἱ δ' [e] ἐμβεβληκέναι τοὺς Ρωμαίους, οἱ δ' [f] ἤδη τε πλησίον εἶναι ζητοῦντας. αὐτοὺς, ἕτεροι δ' ἀφορᾶν ὅτι τ' πύργων πολεμίους ἔλεγον, πλάζοντας τὰς ὄψεις ὑ δέους, ὅτι στόμα πεσόντες, [h] ἀναμαξαν τ ἑαυτῶν φρενῶν ἐβάλλοντο, ὑ καθάπερ ὑποσκελισμένοι τὰ νεῦρα τ φυγῆς ἀπόρουν. ἔνθα δὴ μάλιστ' ἄν τις καταμάθοι, τήν τε τ Θεοῦ δύναμιν ὅτι τοῖς ἀνοσίοις, ὑ τ Ρωμαίων τύχην. οἱ μὲν γὰρ τύραννοι, τ ἀσφαλείας ἐγύμνωσαν ἑαυτοὺς, καὶ τ πύργων καθῆκαν ἑκόντες, [i] ἐφ' ὧν βίᾳ μὲν ἐδύνατ' ἁλῶναι, μόνῳ δ' ἐδύναντο λιμῷ. Ρωμαῖοι δὲ τοσαῦτα τοῖς ἀσθενεστέροις τείχεσι καμόντες παρέλαβον τύχῃ τὰ μὴ δυνατὰ τοῖς ὀργάνοις. [k] πασῶν γὰρ ἰσχυρότεροι μηχανημάτων ἦσαν οἱ τρεῖς πύργοι, οὓς ἐν ἀνωτέρῳ διηλώκαμεν.

ε. Καταλιπόντες δὴ τούτους, μᾶλλον δ' ὑπὸ τ Θεοῦ κατασκληθέντες ἀπ' αὐτῶν, τὸ μὲν χῶμα μὴ εἰς τ [l] ὑπὸ [m] Σιλωὰμ φάραγγα κατασφίγγουσιν. αὖθις δ' ὀλίγον ἀνακύψαντες ὅτι τ δέους, ὥρμησαν ὅτι τὸ τῆδε προτείχισμα. χρησάμενοι δὲ ταῖς τόλμαις ἀγεννεστέραις τ ἀνάγκης, καθεάγησαν γὰρ ἤδη τ ἰσχὺν ἅμα τοῖς δέει ὑ ταῖς συμφοραῖς, ὑπὸ τ φρενῶν ἀνωθοῦντο, ὑ σκεδασθέντες [n] ὑπ' ἀλλήλων, κατέδυσαν εἰς τοὺς ὑπονόμους. Ρωμαῖοι δὲ τ τειχῶν κρατήσαντες, τάς τε σημαίας ἔστησαν ὅτι τ πύργων, ὑ μετὰ κρότου ὑ χαρᾶς ἐπαιάνιζον ὅτι τῇ νίκῃ, πολὺ τ δεχῆς κουφότερον ὑ πολέμου τὸ τέλος εὑρηκότες. ἀναμισοῦσι γὰρ ὑ τελευταίοις τύχοις ὑπεξάντες ἠπίστουν, ὑ μηδένα βλέποντες ἀντίπαλον, ἀήθως ἠπόρησο. εἰσχυθέντες δὲ τοῖς γνωστοῖς ξιφήρεις, τούς τε καταλαμβανομένους ἐφόνευον [o] ἀνέδην, ὑ τ συμφυγόντων τὰς οἰκίας αὐτανδρεῖς [p] ὑπεπίμπρασαν. πολλὰ δὲ κεραΐζοντες, ὁπότ' ἔνδον παρέλθοιεν ἐφ' ἁρπαγὴν γενεᾶς ὅλας νεκρῶν κατέλαμβανον, ὑ τὰ δώματα πλήρη τ τῶν λιμῶν πτωμάτων. ἔπειτα πρὸς τ ὄψιν ἀποφρικῶντες, κενὰς χεροὶν ἐξῆσαν. ὑ μὴν οἰκτείροντες τοὺς ὕστως ἀπολωλότας, ταὐτὸ ὑ πρὸς τοὺς ζῶντας ἔπαθον. ἀλλὰ τ [q] οὐ τυχόντα διαλαιμοῦντες, ἀπέφραξαν μὲν τοὺς στενωποὺς [r] νεκροῖς, αἵμασι δ' ὅλην τ πόλιν κατέκλυσαν, ὡς πολλὰ τ φλεγομένων σβεσθῆναι τῷ φόνῳ. ὑ οἱ μὲν κλέπτοντες ἐπαύσαντο πρὸς ἑσπέραν, οὐ δὲ τῇ νυκτὶ τὸ πῦρ ἐπεκράτει. φλεγομένοις δ' ἐπανέτειλεν Ἱεροσολύμοις ἡμέρα Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόη, πόλει τοσαύταις χρησαμένῃ συμφοραῖς κατ' τ πολιορκίαν, ὅσους ἀπὸ τ κτίσεως ἀγαθοῖς κεχρημένη πάντως ἂν ἐπίφθονος ἔδοξεν, εἰ μὴ ἀξία κατ' ἄλλό τι τ τηλικούτων ἀτυχημάτων, ἢ τὸ γενέσθαι τοιαύτην ὑπηρξεν, ὑφ' ἧς [s] ἀνῃρέθη.

(nam dispersi erant quò quenquam fugere suadebat necessitas) & præcursorum alii totum ab occidente murum subversum esse nunciarent, alii Romanos ingressos esse, alii jam in propinquo esse qui ipsos quærebant, aliique se videre hostes in turribus affirmarent, faciente metu ut errarent oculi, in faciem prolapsi vecordiam suam deplorarunt, ac veluti succisi essent nervi fugere non poterant. Unde igitur maxime quis & Dei potentiam in sceleratos intelligat, & fortunam Romanorum. Nam tyranni quidem securitate semetipsos exuerunt, atque ultro è turribus descenderunt, in quibus vi quidem nunquam, sola vero fame expugnari poterant. Romani autem, qui adeo circa mœnia infirmiora laboraverant, fortuna ea ceperunt, adversus quæ nihil valebant organa. Omnibus enim machinis validiores erant tres turres, de quibus supra memoravimus.

Tyranni mente privati divinitus munitissima loca Romanis permittunt.

5. His itaque relictis, aut magis ex illis Dei voluntate dejecti, confestim quidem in vallem infra Siloam confugerunt. Verum cum ad se rursum ex metu rediissent, munitionem illic structam petiere. Usi autem audacia minus virili quam necessitas postulabat (jam enim vires eorum metus & calamitas fregerat) repulsi erant à custodibus, & per diversa dejecti cuniculos subierunt. At Romani muris potiti, & signa in turribus posuere, & victoriam cum plausu & lætitia celebrabant, quod bellum multo levius sub finem quam sub initium inveneriant. Itaque cum citra sanguinem in murum extremum ascendissent, supra quam cuique credibile est videbatur; neminemque sibi adversum videntes, præter morem quo se verterent dubitabant. In angustias autem vicorum strictis gladiis effusi deprehensos ad satietatem usque trucidabant; domosque totas, cum omnibus qui eò confugerunt, incenderunt. Multas vero vastantes, cum prædæ causa eas penetrassent, ingentes defunctorum familias & tecta plena mortuis; quos fames confecerat, offendebant. Dein cum ista intuerentur horrescentes vacuis manibus egressi sunt. Nec tamen eo modo peremptos miserantes, idem etiam circa vivos patiebantur: sed unumquemque obvium transfigentes, angustias vicorum cadaveribus obstruxerunt, & totam civitatem sanguine obruerunt, ut pleraque incendiorum sanguine cæsorum extinguerentur. Et occidentes quidem ad vesperam desierunt, nocte vero ignis prævalebat. Ardentibus autem Hierosolymis illuxit dies Gorpiæi mensis octavus, ubi quidem tot calamitates cum obsideretur expertæ, quot bonis si fuissent ex quo fundata condita, plane invidenda ipsa esset; non tamen aliàs tantis infelicitatibus digna, quam quod talem progeniem edidit, à qua subversa est.

Cades varia & incendium Urbis.

Urbs conflagrat XVIII. mensis Septembris, à passione Domini anno XLIII.

c Προθέοντες] προσθέοντες *L. B.*
d Οἱ μὲν ὅλον ἀναλετρᾶφθαι] Οἱ δὲ μὲν *Vat.*
e Ἐμβεβληκέναι] ἐμβεβοηκέναι *L. B.*
f Ἤδη] Delet τε *L. B.*
g Ἐπὶ στόμα πεσόντες,] Abest a *Regg.*
h Ἀνάμαξαν τῶν ἑαυτῶν φρενῶν ἐβάλλοντο,] Ita cum *Zonara.* ἀναμάξου in *Josephi* libris hodiernis. Conf. supr. lib. 1. c. 27. §. 5. ἐκ τῶν φρενῶν ἐβάλλοντο & lib. 2. c. 7. §. 1. προσῆλθον εἰς τοσοῦτον φρενοβλαβείας SPANH.
i Ἐφ' ὧν βίᾳ] Ἀφ' ὧν βίᾳ μὲν ἐδύνατο ἁλῶναι ἐδύναντο λιμῷ δὲ μόνῳ *Zonar.*
k Πασῶν δὲ ἰσχυρότερον—ἀνωτέρω διηλώκαμεν.] Conf. supr. lib. 2. c. 17. §. 8. & infr. lib. 7. c. 1. §. 1. SPANH.
l Ὑπὸ] Εἰς τὴν τ Σιλωὰμ φάρ. *Zonar.* εἰς τὴν ὑπὸ τῇ Σιλ. *L. B.*
m Σιλωὰμ φάραγγα] Σιλωὰμ φάραγξ supr. lib. 5. c. 12. §. 2. SPANH.
n Ὑπ' ἀλλήλων,] ἀπ' ἀλλήλων *L. B.*
o Ἀνέδην,] Ἀναιδῶν *Big.* Vide *Suidam* voce ἀναιδῶς.
p Ὑπεπίμπρασαν.] Ὑπεμπίμπρασαν *Big.*
q Ἐντυχόντα] ἐντυγχάνοντα *L. B.*
r Νεκροῖς,] Νεκρῶν *Big.*
s Ἀνῃρέθη.] Ita *Big. Lugd. Bat.* & *Vat.* ἀνῃρέθη in *Edit. Aliisque.*

CAP. IX.

Quanam Cæsar intro ingressus fieri imperavit. Numerus eorum qui capti erant & perierunt. deque iis qui in cuniculos confugerunt: in quibus Simon & Joannes tyranni.

UBI autem intrasset Titus, inter alia miratus est urbem ob firma opera & turres, quas per vecordiam tyranni deseruerant. deinde considerans solidam earum altitudinem & singulorum lapidum magnitudinem, & exactissimam coagmentationem, tum qua latitudine essent qua longitudine, „ Deo, inquit, favente bellavi- *Titus fatetur Dei virtute urbem cepisse.* „ mus, Deus est qui Judæos ex istis munimentis „ detraxit; nam humanæ manus & machinæ quid „ contra tales turres valeant? „ Et tunc quidem multa ejusmodi cum amicis collocutus est: vinctos vero à tyrannis in castellis relictos solvit. Cum autem iterum urbem alibi deleret & mœnia everteret, eas turres monumentum reliquit fortunæ suæ, qua commilitante iis potitus est quæ expugnari non poterant.

Quanam Cæsar de captis decernit. 2. Quandoquidem autem milites cædibus quidem defatigati erant, ingens vero multitudo superesse visa est, eos quidem solos qui in armis essent manibusque resisterent occidi jubet Cæsar, reliquam vero multitudinem vivam capi. Illi autem, cum his, quos interficere jussi erant, etiam senes ac debiles trucidabant; at ætate florentes ac usui idoneos, in templum compulsos, in destinatum mulieribus ambitum includerunt: & custodem quidem his apposuit Cæsar unum ex libertis, Frontonem vero ex amicis, qui fortunam quam quisque meritus esset *illis* decerneret. Ille vero seditiosos quidem omnes atque latrones, mutuo indicio damnatos, occidit: juvenes autem lectos, qui proceritate & forma cæteris præstarent, triumpho servabat. *De captivis Judæis.* Ex reliqua autem multitudine, annis XVII. majores vinctos ad metalla exercenda in Ægyptum misit; plurimos etiam per provincias distribui Titus, in theatris ferro & bestiis consumendos. Quicunque vero infra XVII. annum *ætatis* erant, *sub corona* venditi sunt. Iisdem autem diebus, dum à Frontone secernebantur, ex inedia perierunt XII. millia, partim ex custodum in illos odio nihil habentes quod comedant, partim accipere recusantes quod datum erat. Præ multitudine autem erat frumenti etiam penuria.

XVII. *Captivorum, eorumque qui bello perierunt, numerus.* 3. Et captivorum quidem omnium, qui totius belli tempore capti sunt, numerus erat ad nonaginta septem millia: totius autem obsidionis tempore undecies centena *hominum* millia perierunt. Horum major pars ejusdem quidem gentis erat, * non vero ejusdem regionis. nam qui è tota regione ad Azymorum festum convenerant, derepente bello circundati erant. adeo ut primo quidem ex loci angustia in illos invaderet pestis,

ΚΕΦ. θ'.

Οἷα Καῖσαρ εἴσω παρελθὼν προσέταξε. τ' ἁλισκο-
μένων καὶ ἀπολλυμένων ἀριθμός. ὅσοι τε τῶν εἰς
ὑπονόμους καταφυγόντων· ἐν οἷς Σίμων καὶ Ἰωάν-
νης τύραννοι.

Παρελθὼν ὁ Τίτος εἴσω, τά τ' ἄλλα ὑπὸ ὀχυρό-
τητος τ' πόλιν καὶ τ' πύργων ἀπεθαύμασεν, ὃς
οἱ τύραννοι κατ' φρενοβλάβειαν ἀπέλιπον. καὶ δὴ γῆν
τὸ, τε ναῦν αὐτῆς ὕψος, καὶ τὸ μέγεθος ἑκάστης
πέτρας, τήν τε ἀκρίβειαν καὶ ἁρμονίας, καὶ ὅσαι μὲν εὖρος,
ἡλίκοι ὄντες ἦσαν τ' ἀνάτασιν, „ σὺν Θεῷ γ' ἐπολεμή- *Titus fatetur Dei virtute urbem cepisse.*
„ σαμεν, ἔφη, καὶ Θεός ἦν ὁ τῶνδε τῶν ἐρυμάτων Ιου-
„ δαίους καθελών, ἐπεὶ χεῖρές τε ἀνθρώπων ἢ μηχα-
„ ναὶ τὶ πρὸς τούτους τοὺς πύργους δύναντ'; „ τότε
μὲν δὴ πολλὰ τοιαῦτα διελέχθη πρὸς τοὺς φίλους·
τοὺς δὲ τῶν τυράννων δεσμώτας οἱ καταλήφθησαν ἐν τοῖς
φρουρίοις ἀνῆκεν. αἷς δὲ τ' ἄλλην ἀφανίζων πόλιν, καὶ
τὰ τείχη καταskάπτων, τούτους τοὺς πύργους καταλέλιπε
μνημεῖον εἶναι τ' αὐτοῦ τύχης, ἢ συμμαχίδι χρησά-
μενος ἐκράτησε τῶν ἁλῶναι μὴ δυναμένων.

Quanam Cæsar de captis decernit. β. Ἐπεὶ δ' οἱ στρατιῶται μὲν ἔκαμνον ἤδη φονεύον-
τες, πολὺ δέ τι πλῆθος τῶν λειόντων ἀνε-
φαίνετο, κελεύει Καῖσαρ, μόνους μὲν τοὺς ὁπλους καὶ
χεῖρας ἀντιέχοντας κλείειν, τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος
ζωγρεῖν. οἱ δὲ μὴ τῶν παραγγελμένων τό, τε
γηραιὸν καὶ τοὺς ἀδυνεῖς ἀνῄρουν· τὸ δ' ἀκμάζον καὶ
χρήσιμον εἰς τὸ ἱερὸν συνελάσαντες, ἐγκατέκλεισαν
τοῖς τῶν γυναικῶν περιτειχίσμασι· καὶ φρουρὸν μὲν ἐπέ-
στησε Καῖσαρ ἕνα τῶν ἀπελευθέρων, Φρόντωνα δὲ τῶν
φίλων, ἐπικρίνοντα τ' ἀξίαν ἑκάστῳ τύχην. ὁ δὲ
τοὺς μὲν στασιώδεις καὶ λῃστρικοὺς πάντας, ὑπ' ἀλ-
λήλων ἐνδεικνυμένους, ἀπέκτεινε· τῶν δὲ νέων τοὺς
εὐηλικίστους καὶ καλοὺς ἐπιλέξας ἐτήρει τοῖς θριάμ-
βοις. τοὺς δὲ λοιποὺς πλήθους τοὺς ὑπὲρ ἑπταικαίδεκα ἔτη
δήσας ἔπεμψεν εἰς τὰ κατ' Αἴγυπτον ἔργα· πολ-
λοὺς δ' εἰς τὰς ἐπαρχίας διεδωρήσατο Τίτος, φθα-
ρησομένους ἐν τοῖς θεάτροις σιδήρῳ καὶ θηρίοις. οἱ δ'
ἐντὸς ἑπταικαίδεκα ἐτῶν ἐπράθησαν· ἐφθάρησαν δ'
αὐτῶν ἐν αἷς διέκρινεν ὁ Φρόντων ἡμέραις ὑπ' ἐν-
δείας, χίλιοι πρὸς τοῖς μυρίοις, οἱ μὲν ὑπὸ μίσους
τῶν φυλάκων μὴ μεταλαμβάνοντες τροφῆς, οἱ δ' εἰ
προσιέμενοι διδομένην. πρὸς δὲ τὸ πλῆθος ἦν ἔν-
δεια καὶ σίτου.

γ'. Τῶν μὲν ἐν αἰχμαλώτων πάντων, ὅσα κα-
τ' ὅλον ἐλήφθη τ πόλεμον, ἀριθμὸς [f] ὀνέα μυριάδες καὶ
ἑπτακισχίλιοι συνήχθη· [g] τ δ' [h] ἀπολωλεκότων κατ'
πᾶσαν τ πολιορκίαν, μυριάδες ἑκατὸν καὶ δέκα. τούτων
τὸ πλέον [i] ὁμόφυλον μέν, ἀλλ' οὐκ ἐπιχώριον. ἀπὸ
γὰρ τ χώρας ὅλης ὅτι τ τῶν Ἀζύμων ἑορτὴν συνεληλυθό-
τες, ἐξαπίνης τοῦ πολέμου περιεχέθησαν, ὥς τε τὸ
μὲν πρῶτον αὐτοῖς τ στενοχωρίαν γενέσθαι λοιμώδη φθο-
ρὰν,

---

t Νεῶν αὐτῶν ὕψος,] Conf. supr. lib. 5. c. 4. §. 3. SPANH.

v Ἀνάτασιν,] Ἀνάστασιν *Big.* & *Vat.*

x Τούτους τοὺς πύργους] τούτοις ἴφη τοῖς πύργοις *Roſt.*

y Διελέχθη πρὸς τοὺς φίλους] Ita *Big.* διελέχθη in *Editis Aliisque.*

z Πολὺ δέ τι πλῆθος τῶν λειόντων ἀνεφαίνετο,] Πολὺ δ' ἔτι πλ. τ π. ἐφαίνετο *Big.*

a Πάντας,] Illud πάντας non agnoscit *Big.* neque *Euseb.* qui locum hunc affert in *Eccl. Hist.* l. 3. c. 7.

b Καὶ καλοὺς ἐπιλέξας] Καὶ κάλλει σώματος ἀξιφανεῖς *Euseb.*

c Ἐπεμψεν εἰς τὰ κατ' Αἴγυπτον ἔργα,] Nempe ad agros ibi colendos. SPANH.

d Ἐπράθησαν.] Ἐπράχθησαν *Big.* Confer *Euseb.* in *Eccl. Hist.* l. 3. c. 7. p. 81. B.

e Ἐνδείας,] Ἐνδείᾳ σίτου *Rhed.*

f Ἐννέα μυριάδες] Ἐννενήκοντα ſcripſiſſe *Joſephum* cenſet *Villalpandus*, tom. 3. p. 123. Sequentia uſque ſecundum μυριάδες omiſſa ſunt in *Roſt.*

g Τῶν δ'] τῶν δὲ ἀπολ. vid. apud *Euseb. H. Eccl. l. III. cap. VII. p.* 81. A. SPANH.

h Ἀπολωλεκότων] Ἀποθανόντων *Big.*

i Ὁμόφυλον] *Contribules.* Judæi nim. licet non indigenæ; ſed multi ex aliis regionibus. *Helleniſtæ. Barlovius.*

* *Al.* non vero indigenæ.

k Ἐκ-

ρὰν, αἴτιος δὲ ὁ λιμὸν ἐπιτεῖναι. ὅτι δ' ἐκ τοσαύτης πόλεως πλῆθος ἐκ τῶν ἐπὶ Κεστίου συναριθμηθέντων, ὃς, τὴν ἀκμὴν τῆς πόλεως ἀξιοῦντας Νέρωνα βουλόμενος καταφρονῆσαι, ἵνα εἴπῃς, παρεκάλεσε τοὺς ἀρχιερεῖς, [k] ὅπως δυνατὸν εἴη τὸ πλῆθος [l] ἐξαριθμήσασθαι. κατ' ἔτος [m] ἑορτὴν, Πάσχα καλοῦνται, [n] καθ' ἣν θύσαι χρὴ τὸ ἐπὶ σφάγια ἀφ' ὥρας μέχρι ἑνδεκάτης, [p] ὥστε δὲ [q] φρατρία, ἐξ ἧς ἕκαστη γίνεται [r] θυσίαν, οὐκ ἔλασσον ἀνδρῶν δέκα, μεθ' ἣν οὐκ ἐξεστι δαῖτας, πολλοὶ δ' ἐν εἴκοσι συνεστιῶνται. [s] μυρίαδας ἀριθμῆσαι, [t] πρὸς ἑξακισχίλιαις καὶ πεντακοσίαις γίνονται δ' ἀνδρῶν, [u] ἐπ' ἕκαστ' ἐκ δέκα δαίτυμονας θεῖναι χρὴ μυριάδες [x] ἑξήκοντα καὶ ἑπτακοσίας, καθαροὺς ἁπάντων καὶ ἁγνοὺς. οὔτε γὰρ λεπροῖς, οὔτε γονορροϊκοῖς, οὔτε γυναιξὶν ἐπεμμήνοις, οὔτε τοῖς [y] ἄλλως μεμιασμένοις ἔξεστι τῆσδε τῆς θυσίας μεταλαμβάνειν· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς [z] ἀλλοφύλοις, ὅσοι κατ' εὐσέβειαν παρῆσαν.

[a] Πολὺ δὲ [b] τοῦτο πλῆθος ἔρωθεν συλλέγεται· ἔστε γε μὴν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης πᾶν συνελείφθη τὸ ἔθνος, ἡ [b] κατ' ὀλίγον ὁ πόλεμος τὴν πόλιν ἀνδρῶν ἐκυκλώσατο πᾶσαν γῆν ἀνθρωπίνης καὶ δαιμόνιον φθορὰν ὑφελκύσας· τὸ πλῆθος τῶν ἀπολωλότων. ὅτι γοῦν τῶν φανερῶν, οὓς μὲν ἀνεῖλον, οὓς δ' ἠχμαλώτισαν Ρωμαῖοι, [d] οὓς δ' ἐν τοῖς ὑπονόμοις ἀνηρεύνων, καὶ τεθνεῶτας ἀπαρριγνύντες, ὅπως μὴ ἐπιλύγχανον [e] ἔλειπον. εὑρέθησαν δὲ κεῖσε νεκροὶ πλείους δισχιλίων, οἱ μὲν ὑπὸ σφῶν αὐτῶν, οἱ δ' ὑπ' ἀλλήλων, τὸ πλέον δ' ὑπὸ τοῦ λιμοῦ διεφθαρμένοι. δεινὴ δ' ὑπῆντα τοῖς [f] ἐπεισπίπτουσιν ὀδμὴ τῶν σωμάτων, ὡς πολλοὺς μὲν ἀναχωρεῖν εὐθέως, τοὺς δὲ ὑπὸ πλεονεξίας εἰσιόντας, νεκροὺς σεσωρευμένους ἐμπατοῦντας. πολλὰ γὰρ τῶν κειμηλίων ἐν ταῖς διώρυξιν [g] εὑρίσκετο, καὶ πᾶσαν [h] δεμιλὴν τῆς ὁδοῦ ἐποιεῖ τὸ κέρδος. ἀπηγοῦντο δὲ καὶ δεσμῶται πολλοὶ τῶν τυράννων. ἐνθένδε γὰρ οὐ μετρίοις ἐπαύσαντο τῆς ὠμότητος. ἀπείσατό γε μὴν ὁ Θεὸς ἀμφοτέρους ἀξίως. καὶ Ἰωάννης μὲν, λιμώττων μετὰ τῶν ἀδελφῶν ἐν τοῖς ὑπονόμοις, ἠτήσατο πολλάκις ὑποφάντης [k] δεξιὰν παρὰ Ρωμαίων λαβεῖν ἱκέτης. Σίμων δὲ, πολλὰ διαμαχήσας πρὸς τὴν ἀνάγκην, ὡς ἀφ' ὧν ἐξῆς δηλώσομεν, ἑαυτὸν παρεδίδου. ἐφυλάχθη δ' ὁ μὲν τῷ [l] θριάμβῳ σφάγιον, ὁ δ' Ἰωάννης δεσμὸν αἰώνιον. Ρωμαῖοι δὲ [m] τάς τε ἐκκλησίας καὶ ἄστεος ἐπέπρησαν, καὶ τὰ τείχη κατέσκαψαν.

ac deinde citius fames. Quod autem tantam multitudinem caperet civitas, manifestum ex illis qui sub Cestio fuerant enumerati. Is enim integræ ætatis viros in civitate Neroni, gentem contemnenti, significare cupiens, à pontificibus petiit, ut, si quo modo possent, multitudinem numerarent. Illi autem, cum festum adesset, (*quod* Pascha vocatur), *Paschatis celebrandi modus.* in quo à nona quidem hora usque ad undecimam hostias mactant, quasi vero sodalitas circa unamquamque victimam habebatur; ex hominibus nunquam paucioribus decem, solum enim epulari non licet, sæpe etiam vigiati convenium ex hostiarum quidem ducentarum quinquaginta sex millia & quingentas numeravêre. virorum autem tantæ puritatis & mundorum, ut denos epulatores singulis victimis demus, vicies septies centena millia. nec enim leprosis, nec quibus genitura flueret, nec menstruis mulieribus, neque alio modo inquinatis licebat de sacris istis participare: sed nec alienigenis quidem qui religionis ergo ad venerant.

4. Ingens autem hæc multitudo aliis è locis congregata erat: verum tunc quasi in carcerem tota gens fato concluſa erat, & urbem viris refertam circumvallaverat bellum. Itaque omnem humanam & à Deo immissam pestem superat numerus peremptorum. nam ex manifestis, alios quidem occidere, alios vero capere Romani, alios etiam cuniculis *delitescentes* indagabant, perruptoque solo obvios quosque trucidarunt. Sed & ibi mortuorum ultra duo millia sunt reperti, quorum alii quidem manu sua, alii vero mutuis vulneribus, pluresque fame perempti erant. Teter autem cadaverum fœtor introëuntibus occurrebat, ut statim quidem multi recederent, alii vero præ avaritia subirent, mortuorum cumulos calcantes. nam in iis cavernis multæ res pretiosæ reperiebantur, atque omnis lucri captandi via honesta habebatur. Quin & multi educebantur & dimittebantur, quos tyranni captivos tenuerant. non enim in extremis aliquid de crudelitate remiserunt. Cæterum utrumque prout meruerunt ultus est Deus. Et Joannes quidem, cum fratribus in cavernis esuriens, dextram, quam sæpe despexerat, à Romanis supplex petiit: Simon vero, multa vi cum necessitate luctatus, sicut infra declarabimus, semet tradidit. Servatus est alter quidem triumpho in cædem, Joannes autem vinculis sempiternis. Romani vero extremas urbis partes incenderunt, & mœnia funditus everterunt.

Mirandum Dei judicium, qui ista è diversissimis locis cogit in unum quos voluit perdere Judæos.

Exitus tyrannorum Joannis & Simonis.

[k] Εἶναι ἀφανῆ.] Judæi enim putabant illicitum esse ἀριθμὸν, i. e. populum Israeliticum per capita numerari, quod essent futuri sicut arena maris, cujus numerus iniri nequit Hos. 1. 10. & quia Davidi tam male cesserat, quod populum numerasset. REL.

[l] Ἐξαριθμήσασθαι.] In Echa Rabbati fol. 62. 1. dicitur Rex Agrippa ex numero renum agnorum Paschalium deprehendisse numerum Judæorum. Erat id jam antiquissimis temporibus in usu ut hoc modo populus numeraretur. si illis credimus qui putant 2 Sam. 3. 12. מלאים significare agnos paschales uti Targumista, qui illic habet ומנון באמר פסחיא *& numeravit eos per agnos paschales.* REL.

[m] Ἑορτὴν,] ἡ ἱερὰν *L. B.*

[n] Καθ' ἣν θύσαι χρὴ] Conf. Antt. lib. 16. c. 6. §. 2. SPANH.

[o] Ἀπὸ ἐνάτης] ἀπὸ ἧς ἐνάτης *L. B.*

[p] Ὥστε δὲ] Antt. lib. 16. c. 6. §. 2. SPANH.

[q] Φρατρία] φρατρίαν *L. B.*

[r] Θυσίαν,] Θυσία *L. B.*

[s] Οὐκ ἐνδέχεται] Illud ἐν ἓ *Cod. Big.*

[t] Εἴκοσι μυριάδας] Est qui legit, *εἴκοσι μύριαι μυριάδες ἀριθμῆσαι πρὸς ἑξακισχίλιαις, viginti omnino myriadas numeraverunt supra septem*, sive 270000. qui numerus, per *decem* ductus, convenit cum eo qui sequitur, *myriadum septuaginta & ducentarum*, & optime convenit cum eo qui est supra p. . . . *trecentarum myriadum*, sive 3000000. si accedant *impuri*. Hæc nos aliquando illustrabimus, cum numerum agnorum Paschalium hujus diei conferemus cum eo qui legitur Codice *Pesachim* in *Gemara Babylonica*; ac docebimus atrium templi capax fuisse omnino 100000. ac simul totidem Paschatum, i. e. agnorum vel hœdorum.

[u] Πρὸς δὲ ἑξακισχίλιαις & πεντακοσίαις.] Ita cum *Cod. Big.* & *Rufino.* antea erat, πρὸς ἓξ πεντακισχίλιαις & ἑξακοσίαις, *quinque millia & sexcentas.*

[x] Ἑξήκοντα & ἑπτακοσίας,] Πεντήκοντα malit *Villalpandus*, tom. 3. p. 124.

[y] Ἄλλως μεμιασμένοις] Ἄλλως *Big.* & *Ruf.* ἄλλως in *Editis Aldi*isque. μεμιαμμένοις mox *L. B.*

[z] Ἀλλοφύλοις, ὅσοι] Ἀλλοφύλοις δὲ *Big.* ἀλλοφύλοις; εἰ μὴ ὅσοι legisse videtur *Ruf.* qui vertit, *nisi qui.* Leg. μὴ ὅσοι, & ita *Rufinus* SPANH.

[a] Τοῦτο πλῆθος ἔξωθεν] Τότων *Big.*

[b] Κατὰ ὀλίγον ὁ πόλεμος] Μετὰ *Zonar.*

[c] Τὸ πλῆθος τῶν ἀπολωλότων.] Numerum eorum qui per septennium interierunt nobis ex *Justo Lipsio* exhibet *Usserius* sub finem *Annalium.*

[d] Οὓς δ' ἐν τοῖς ὑπονόμοις ἀνηρεύνων,] Τοὺς δ' ἐν *Big.*

[e] Ἔλειπον.] Ἐστενον, ἐμβόων *Big.*

[f] Ἐπεισπίπτουσιν ὀδμὴ] Ὑποπίπτουσιν *Big.* ὑποπίπτουσιν vel ὑπομίπτουσιν *Zonar.*

[g] Εὑρίσκετο,] Ηὑρίσκοντο *Big.*

[h] Θεμιλὴν] Ita rescripsi ex *Codd. Paris.* Θημιλὴν vulgati. HAV.

[i] Τὴν ὁδὸν] Artic. τὴν abest a *L. B.*

[k] Δεξιὰν παρὰ Ρωμαίων λαβεῖν ἱκέτης] Hoc ordine *Big.* antea erat παρὰ Ρωμαίων δεξιὰν λ. ἱκ.

[l] Θριάμβῳ σφάγιον,] Triumpho victima *Gr.* inf. lib. 7. c. 2. §. 1. SPANH. & REL.

[m] Τάς τε ἐκκλησίας & ἄστεος] Τὰς ἐκκλησίας *Big.* & *Ruf.*

CAP.

XVIII.

CAP. X.

Quod urbs Hierosolymorum, quinquies prius capta, tunc iterum vastata erat. Concisa historia.

Urbs capta secundo anno Vespasiani, Septembris die VIII.

ITA quidem capta erant Hierosolyma secundo anno principatus Vespasiani, Gorpiæi mensis die octavo. Quinquies autem prius capta, tunc iterum vastata erant. Nam Ægyptiorum quidem rex Asochæus, & post eum Antiochus, deinde Pompejus, & post hos cum Herode Sosius captam urbem servavere. Ante hos vero rex Babyloniorum expugnatam ad vastitatem redegit, post annos ab illius condito mille trecentos sexaginta octo, atque menses sex. Primus autem conditor ejus erat Chananæorum dynasta, qui patria lingua appellatus est rex justus. Nam erat profecto talis. Propterea que primus sacerdos erat Deo, cumque templum primus ædificasset civitatem Hierosolyma appellavit, quæ antea Solyma vocabatur. Sane Judæorum quidem rex Davides, populo Chananæorum inde ejecto, suo incolendam dedit: atque anno post ipsum quadringentesimo sexagesimo septimo cum sex mensibus à Babyloniis eversa est. A rege autem Davide, qui primus Judæorum in ea regnavit, usque ad eversionem à Tito factam, anni mille centum septuaginta & novem. A primo autem illius conditu usque ad extremum excidium, anni bis mille centum & septuagint a septem. Sed enim neque antiquitas, neque profundæ divitiæ, neque * gentis fama per universum terrarum orbem diffusa, neque magna religionis gloria quidquam juvit quo minus periret. Sane ejusmodi quidem finis erat obsidionis Hierosolymorum.

ΚΕΦ. ι'.

Οτι πεπάλαις πρότερον ἁλόσης τ πόλεως, τοῦτο δεύτερον ἠρημώθη. σύντομος αὐτῆς ἱστορία.

ΕΑλω μὲν ὕτως Ιεροσόλυμα ἔτ δευτέρῳ τ Οὐεσπασιανοῦ ἡγεμονίας, Γορπιαίου μηνὸς ὀγδόῃ. ἁλοῦσα δὲ ἡ πρότερον πεπάλαις, τοῦτο δεύτερον ἠρημώθη. [n] Ασωχαῖος μὲν γὰρ ὁ τ Αἰγυπτίων βασιλεὺς, ἡ μετ' αὐτὸν Αντίοχος, ἔπειτα [p] Πομπήιος, ὕστ τούτοις σὺν Ηρώδῃ Σόσιος ἑλόντες ἐτήρησαν τ πόλιν. πρὸ ἧ τούτων ὁ τ Βαβυλωνίων βασιλεὺς κρατήσας ἠρήμωσεν αὐτὴν μ' ἔτη τ χιλίσεως χίλια τετρακόσια ἑξήκοντα ὀκτὼ, [q] μῆνας ἕξ. [r] ὁ δὲ [s] πρῶτος κτίσας τὴν Χαναναίων δυνάστης, ὁ τῇ πατρίῳ γλώσσῃ κληθεὶς [t] βασιλεὺς δίκαιος. τοιοῦτος γὰρ δὴ τοιοῦτος. διὸ τοῦτο [v] ἱεράσατό τε τοῦ Θεοῦ πρῶτος, ἡ τὸ ἱερὸν [s] πρῶτος ἐδημιούργησε, [x] Ιεροσόλυμα τ πόλιν προσηγόρευσε, Σόλυμα καλουμένην πρότερον. τ μὲν δὴ τῶν Χαναναίων λαὸν ἐκβαλὼν ὁ τῶν Ιουδαίων βασιλεὺς Δαυίδης, καλοκἀγαθίᾳ τ ἰδίᾳ χ [y] μετ' αὐτὸν ἔτεσι τετρακοσίοις ἑβδομήκοντα χ ἑπτὰ, μησὶν ἕξ, ὑπὸ Βαβυλωνίων καταισχάπτεται. ἀπὸ δὲ Δαυίδου τ βασιλέως, ὃς πρῶτος αὐτῆς ἐβασίλευσεν Ιουδαίοις, μέχρι τ ὑπὸ Τίτου γενομένης καθαιρέσεως, ἔτη χίλια χ [z] ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἐνέα. ἀπὸ ἧ τ πρώτης κτίσεως ἔτη μέχρι τ ἐκπάτης ἁλώσεως δισχίλια ἑκατὸν, ἑβδομήκοντα χ ἑπτά. ἀλλὰ γὰρ [a] οὔθ' ὁ ἀρχαιότατος, οὔθ' ὁ βαθὺς πλοῦτος, οὔτε τὸ ἀπεραντοποίητος ὅλης τ οἰκουμένης [b] ἔθνος, οὔθ' ἡ μεγάλη δόξα τ θρησκείας [c] ἠρκεσέ τι πρὸς ἀπώλειαν αὐτῇ. [d] τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ τέλος τ [e] Ιεροσολύμων πολιορκίας.

n Ασωχαῖος] In sacris litteris 2 *Regum*, c. 14. v. 25. Σουσακὶμ dicitur. Huds. Is Ptolemæus Lagus Antt. lib. XII. cap. 1. Cocc.

o Μὲν γὰρ] μὲν abest a *L. B.*

p Πομπήιος,] ὁ Πομπήιος *L. B.*

q Μῆνας ἕξ.] Juxta *Rufinum* legendum, μῆνας ὀκτὼ, ἡμέρας ἕξ.

r Ο δὲ] Tot σφάλματα quot verba in hac periocha, inquit *Bochartus*, l. 2. *de Phœnicum Coloniis*, c. 4. Quam vere, aliorum esto judicium.

s Πρῶτος κτίσας] Illud πρῶτος è *Cod. Big.* & *Rufini* versione. Huds. πρῶτος. Ideo ἀγνοιαλόγητος in epist. ad Hebr. Rel.

t Βασιλεὺς δίκαιος.] Nempe Melchisedecus Conf. Antt. l. 1. c. 10. §. 2. Spanh.

v Ιερώσατό τε] ἱερέως τότε *L. B.*

s Πρῶτος δημιούργησε,] Illud πρῶτος è *Cod. Big.* & *Rufini* versione.

x Ιεροσόλυμα τὴν πόλιν—πρότερον.] Vide *Masium* in *Josuam*, cap. 10. p. 178. *Bochartum* (supra citatum) & *Beveregium* in *Annott.* ad Canones, p. 60. & *Is. Vossium* in *Epistola* ad *Colvium*, p. 395. 396. Conf. lib. VII. c. 3. §. 2. Antiq. Jud. Spanh. Lib. 1. c. 11. Antiq. dicit non Melchisedecum sed posterioris temporis homines urbem Hierosolymam appellasse. Adeoque hæc Τὸ ἱερὸν ἐδημιούργησε &c. ad Davidem aut Solomonem referenda videntur: nisi dicere velimus Josephum sibi aperte contradixisse. Rel.

y Μετ' αὐτὸν] Ita *Big.* μὴ τοῦτον in *Editis Aldiſano.*

z Ἑκατὸν] Abest a *Rosf.*

a Οὔθ' ὁ ἀρχαιότατος,—πλοῦτος, οὔτε] οὔτε—οὔτε—οὔτε &c. *L. B.*

b Ἔθνος,] Pro ἔθνος Rufin. κλέος videtur legisse. Spanh.

c Ηρκεσέ τι πρὸς ἀπωλειαν αὐτῇ.] Iterum cum *Cod. Big.* antea erat ἤρκεσε πρὸς ἀπ. *S. Petitus* (tom. 3. p. 341: *Animadv. inedditum* in *Josephum*) post hæc verba excidisse suspicatur quæ Josepho adscribit *Euseb.* in *Hist. Eccl.* l. 2. c. 23. & ex eo *D. Hieronymus* in *Catalogo Scriptorum* &c. Ταῦτα δ συμβέβηκεν Ιουδαίοις, κατ' ἐκδίκησιν Ιακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ιησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ιουδαῖοι ἀπέκτειναν, *Hæc omnia contigerunt Judæis propter Jacobum Justum, fratrem Jesu qui dicitur Christus. Qui cum esset omnium consensu justissimus, nihilominus à Judæis necatus fuerat.*

d Τοιοῦτον] Τοιοῦτο *Big.*

e Ιεροσολύμων] *Epiphanius de Ponderib. de Hadriano*, qui Hierosolymas adiit. Spanh.

* Ita transtuli ac si lectum esset ἔθνος κλέος.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΒΔΟΜΩ ΛΟΓΩ

ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΣΤΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΛΩΣΕΩΣ.

JOSEPHI LIBRO SEPTIMO HISTORIARUM EXCIDII JUDAICI HÆC CONTINENTUR.

α'. Ὅπως, πάντων Ἰουδαίων φονευθέντων ἢ ἁλόντων, τὰ μὲν ἄλλα Ρωμαῖοι καθέσκαψαν, καθέλιπον δὲ πύργους τινὰς καὶ μοῖραν τοῦ τείχους, πρὸς ἐπίδειξιν τοῦ πρότερον κάλλους τοῖς μετ' ἔπειτα.

1. *Quomodo, Judæis omnibus occisis aut etiam captis, alia quidem Romani diruerunt, turres vero nonnullas & muri partem reliquerunt, ut seris posteris ostenderetur prior urbis pulchritudo.*

β'. Δημηγορία Τίτου Καίσαρος πρὸς τοὺς στρατιώτας, ὑπερεπαινοῦντος αὐτούς.

2. *Titi Cæsaris ad milites oratio, qua ipsos miris laudibus extollit.*

γ'. Ὅπως ἀξίως ἕκαστον αὐτῶν ἐτίμησεν, ἆθλα καὶ γέρα ἀφανείμας αὐτοῖς.

3. *Quomodo eorum singulos pro merito cohonestavit præmiis & muneribus.*

δ'. Ὅπως ἀφθεὶς καλῶς τοῖς τάγμασιν εἰς Καισάρειαν ἀφικνεῖται, καὶ ἐκεῖ τὴν πᾶσαν τοῦ πολέμου λείαν ἀνατίθετο.

4. *Quomodo legionibus bene remuneratis Cæsaream venit, & illic omnes belli manubias reposuit.*

ε'. Περὶ Οὐεσπασιανοῦ Καίσαρος, ὅπως ἀπ' Ἀλεξανδρείας τὴν ὁδὸν Ρώμην ἐποιήσατο.

5. *De Vespasiano Cæsare, quomodo ab Alexandria profectus Romam iter fecit.*

ϛ'. Ὅπως Τῖτος εἰς τὴν Φιλίππου καταβὰς Καισάρειαν, καὶ θεωρίας ἐπιτελῶν, πολλοὺς τῶν αἰχμαλώτων ἐν αὐταῖς ἀπέκτεινεν.

6. *Quomodo Titus, cum Cæsaream Philippi descendisset & spectacula celebrasset, magnam captivorum multitudinem in illis interfecit.*

ζ'. Περὶ Σίμωνος τοῦ τυράννου, ὅπως ἑάλω, καὶ εἰς τὴν θρίαμβον Ρώμης ἐτηρήθη.

7. *De Simone tyranno, quomodo captus erat, & triumpho Romæ agendo servatus erat.*

η'. Ὅπως Τῖτος, τὴν γενέθλιον ἡμέραν τἀδελφοῦ καὶ πατρὸς ἄγων, πολλοὺς τῶν Ἰουδαίων ἀνάλωσεν.

8. *Quomodo Titus, cum diem natalem fratris patrisque celebraret, multos Judæorum consumpsit.*

θ'. Περὶ τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ κινδυνευσάντων Ἰουδαίων, ἀπὸ τοῦ τοῦ Ἰουδαίου Ἀντιόχου παρανόμου τε καὶ ἀσεβείας.

9. *De Judæis in periculum apud Antiochiam adductis ex Judæi Antiochi iniqua legum violatione.*

ι'. Ὅπως ἀπεδέξατο οἱ ἐν ταῖς ἄλλαις τε πόλεσι καὶ ἐν τῇ Ρώμῃ τὸν Οὐεσπασιανόν.

10. *Qualiter Vespasianus exceptus erat in aliis civitatibus & Romæ præcipue.*

ια'. Ὅπως ἀποστάντες Γερμανοὶ Ρωμαίων αὖθις ὑπετάγησαν.

11. *Quomodo Germani, cum à Romanis defectionem fecerant, iterum subjugantur.*

ιβ'. Ὅπως οἱ Σαρμάται, καταδραμόντες Μυσίαν, δῃλῶ τε ἔδοσαν, καὶ ἠναγκάσθησαν πολλοὺς καταλιπόντες εἰς τὰ ἴδια ὑποστρέψαι.

12. *Quomodo Sarmatæ, ob excursionem in Mysiam factam, pœnas dederunt; & coacti erant, multis trucidatis, domum refugere.*

ιγ'. Ὅπως ἀπὸ Βηρυτοῦ Τῖτος ὑποστρέφων, πολλοὺς Ἰουδαίους ἐν ταῖς θεωρίαις ἀνῄρει· ἐν ᾧ καὶ περὶ τοῦ λεγομένου Σαββατικοῦ ποταμοῦ παράδοξον.

13. *Quomodo Titus, dum Beryto reverteretur; Judæorum multos in spectaculis interficiendos dabat: itemque mirandum quiddam de fluvio qui Sabbaticus dicitur.*

ιδ'. Ὅπως Ἀντιοχεῖς κατ' Ἰουδαίων προσελθόντες Τίτῳ παρῃτήσαντο.

14. *Quomodo Antiocheni, Tito supplicantes contra Judæos, repulsam passi sunt.*

ιε'. Ὡς ἐπαναστρέφων εἰς Ἱεροσόλυμα Τῖτος, ᾠκτείρησε τὴν ἐρημίαν τῆς πόλεως· καὶ εἰς Ἀλεξάνδρειαν παραγενόμενος, ἐκεῖθεν εἰς Ρώμην καθέπλευσεν.

15. *Titus Hierosolyma revertens urbem desolatam miseratus est; cumque Alexandriam perveniisset, inde Romam versus navigavit.*

ιϛ'. Ὅπως εἰς Ἰταλίαν καθέπλευσεν, καὶ ὡς ἐδέχθη τε καὶ ἐπόμπευσε, τῶν δύο Καισάρων ὁμοῦ θριαμβευσάντων.

16. *Qualiter, navigatione in Italiam peracta, susceptus erat & cum pompa deductus, duobus Cæsaribus uno triumpho honoratis.*

ιζ'. Ἔκφρασις τοῦ θριάμβου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ λαφύρων, ὅσα τε καὶ ὁποῖα ἦσαν.

17. *Descriptio triumphi & spoliorum in eo, quæque & qualia erant.*

ιη'. Περὶ τῆς ἀναιρέσεως τοῦ τυράννου Σίμωνος ἐν τῷ θριάμβῳ γεγονυίας.

18. *De interfectione Simonis tyranni in triumpho.*

19. *Quod in templo pacis, post triumphum à Vespasiano exstructo, ab ipso omnia in eo reposita erant belli spolia.*

ιθ'. Ως μὲν τὸ Θριάμβου τέμενος εἰρήνης Οὐεσπασιανὸς καλασκευάσας, ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ζ πολέμῳ ἀνέθηκε λάφυρα.

20. *Quomodo Bassus, cum in Judæam venisset, & castellum Herodion deditione cepisset, ad Macharuntem etiam castellum expugnandum aggressus est.*

κ'. Οπως Βάσσος εἰς Ιουδαίαν ἀφικόμενος, καὶ τὸ φρούριον τὸ ἐν Ηρωδείῳ προσαγαγόμενος, ἐπεχείρησε καὶ τὸ ἐν Μαχαιρῶντι καθελεῖν.

21. *De situ Macharuntis.*

κα. Περὶ τῆς θέσεως Μαχαιρῶντος.

22. *De ruta in Macharuntis regia.*

κβ'. Περὶ τοῦ ἐν τοῖς βασιλείοις Μαχαιρῶντος φυέντος πηγάνου.

23. *De altera planta, & mira de illa.*

κγ'. Περὶ τῆς ἑτέρας βοτάνης παράδοξον.

24. *De aquis illic loci calidis.*

κδ'. Περὶ τῶν αὐτόθι θερμῶν ὑδάτων.

25. *Qualiter Bassus, propter Eleazarum casu quodam mirabili captum, urbem validissimam ad deditionem redegit.*

κε'. Οπως Βάσσος, τύχῃ τινὶ παραδόξῳ ληφθέντι Ελεαζάρῳ καλάχεσιν, ὀχυρωτάτην οὖσαν τὴν πόλιν ῥᾳδίως παρέλαβεν.

26. *Quomodo etiam eos, qui ad saltum Jardem vocatum confugerant, bello appetens, omnes interfecit.*

κς'. Οπως καὶ τοὺς συμφυγόντας εἰς τὴν Ιάρδην καλούμενον δρυμὸν καταπολεμήσας, πάντας ἀπέκτεινεν.

27. *Quomodo Bassus & Liberius à Cæsare omnem Judæorum terram vendere jussi sunt; & Judæis ubicunque degentibus tributum indicere, ut quotannis binas quisque drachmas in Capitolium inferat, quemadmodum prius in templum conferebant.*

